Joannes baptista non fuit in carceratus nec decollatus in Samaria: vt qdã predicant: sed in Macherũta Ueuerũt tñ discipuli eius & tulerunt corpus: & sepelierunt in monumento vt legimus marci. 6. qõ monumentum est in Samaria inter Prophetas: & est ad instar sepulchri Jesu Christi: quod Sarraceni maxime venerantur: vide prima parte. c. 7. §. 12.

Jope ciuitas: ad quã descendit Jonas Prophe ta cũ fugeret a facie domini Sic enim legimus in Jona cap. primo & surrexit Jonas vt fugeret i Tharsis a facie domini & descẽdit Jopẽ: Hec est vulgatissima ciuitas in libris macha-

beorum

deoꝝ ⁊ in actibus Apl'oꝝ: vide. 1. p. c. 7. §. 56.

Jor ⁊ dan duo fontes: qũo nascunt in pede Lybani: ⁊ quomodo in rei veritate principium Jordanis nõ est ab eis: sed a phiala fonte de quo dicemus infra: vide. 1. p. c. 3. §. 5.

Jordanis quem decursum facit: quomodo separat Jtuream ⁊ Traconitidem regionẽ: de quibus dicemus loco suo: quomodo inter Capharnaum ⁊ Corozaym mare Galilee ingreditur: vide prima parte. c. 3. §. 5.

Joseph predium qđ dedit ei Jacob pater eius: vt legimus Joannis cap. 4. in quo saluator locutus est cũ Samaritana: q̃ꝫ amenum ⁊ extensum sit: Hoc est prediũ: qđ signauit Jacob in libro Gene. cap. 48. cũ dixit Josephis filio suo: en ego morior ⁊ deus erit vobiscũ: reducetqꝫ vos i terrã patrũ vestroꝝ Do tibi ptẽ vnã extra frateres tuos: quã tuli de manu Amorrei in gladio ⁊ arcu meo: vide. 1. p. c. 7. §. 20.

Joseph ossa: que secum attulerunt filij Jsrael de Egypto in terra Chanaam: vt scribitur in libro Josue capitulo. 24. vbi seplierunt: vide. prima parte. c. 7. §. 20.

Josue sepultura: vbi creditur esse: sed nõ est verum imo potius est sepulchrum Chanaã filii Cham Josue enim vt legimus in libro Josue cap. 24. sepultus est in finibus possessionis sue in Thamnathsare que sita ẽ in mõte Effraym a septemtrionali parte montis Gaas: vide prima parte. c. 2. §. 14.

Jsayas Propheta vbi sepultus fuerit: vide prima parte. c. 7. §. 43. T.

Jter a Bethania in Jerusalem: qđ frequẽtabat

saluator quale sit: & quando eunti incipit Jerusalem apparere: vide. 1. p. c. 7. §. 2.

Jturea regio de q̃ legimus luce. 3. Philippo aũt fratre eius Tetrarcha Jturee regionis: eadẽ est cũ Galilea gentiũ: & cũ Decapoli de qua dixim⁹ supra in Decapoli: vide. 1. p. c. 4. §. 11.

Judas scarioth in quo loco: laqueo se suspẽdit vide prima parte. c. 7. §. 45.

K

Kayrum in Egypto sedes Soldani: de quo mentio non habetur in scripturis sacris: forte propter sui nouitatem i cuius medio: riuus⁹ vnus Nili transit: vide secunda parte. c. 3. B.

L

Lachis ciuitas quã expugnauit Josue: Sic. n. legimus in libro Josue cap. x. Tradidit dñs Lachis in manu filioꝝ Jsrael: & cepit eã Josue die altero nũc aũt Belenas dr: & qm̃ filii Dã acceperunt eã vocauerunt eã Dã: & hec est de qua sepe dicit i libro Judicũ: & libris regũ Cõgregatus est vniuersus populus Jsrael a Dã vsq; Bersabee: vide prima parte. c. 7. §. 53.

Lapis sup quẽ sedebat Jesus pdicãs i mõte i quo & oñdunt sessiones Apl̃oꝝ: vide. 1. p. c. 4. §. 6.

Lapis in quo apparẽt tria vestigia Jesu impressa: vide prima parte. c. 4. §. 6.

Leopardoꝝ mõtes de qb⁹ dr i cãt: Salomõis ca. 4. Lozõaberis spõsa. de cubilib⁹ leonũ de mõtib⁹ pardoꝝ: vbi sint & q̃les, vid. 1. p. c. 2. §. 14.

Libanus mons nobilissimus: decantatus: cãt in psalmis & oi scriptura sacra incipiẽdo a libro

Deuteronomii

Deuteronomi cap.3.cũ dixit Moyses Trãsibo igit̃ ⁊ videbo terrã hãc optimam ⁊ montẽ istũ egregiũ ⁊ Libanũ:quãtũ distet a Tripoly vide prima parte.c.2.§.13.

Lebna ciuitas:quã expugnauit Josue iterfecitq; regẽ ei⁹ ⁊ oẽs habitatores Sic.n.legim⁹ Josue cap.x.trãsiuit Josue cũ oi Israel de Maceda in Lebna:⁊ pugnabat cõtra eã: quã tradidit dominus cũ rege suo in manus suas: pcusserntq; vrbẽ in ore gladij:⁊ omnes habitores eius vide prima parte.c.7.§.21.

Locus p̃dicationis Jesu Christi ostẽdit̃ añ portã oriẽtalẽ ciuitatis Tyri de q̃ dicem⁹ loco suo: ad iactũ duaꝝ sagitaꝝ vide prima p.c.2.§.5.

Locus apparitionis Jesu:post resurrectionẽ:discipulis piscantibus: qñ dixit eis vt legimus Joannis capitulo.21.pueri nunquid pulmẽtarium habetis:vide prima p.c.4.§.6.

Locus vbi discipuli: egressi de mari: viderunt prunas ⁊ piscem superpositum vt legimus Joannis cap.21.vide prima parte.c.4.§.6.

Locus vbi saluator:vocauit Matheũ:alio noie leui vt legim⁹ luce.5.ca.vide prima p.c.5.§.1.

Locus vbi Helyas interfecit sacerdotes ac ꝓphetas Baal:de hoc.n.sic legimus i lib.3.regũ cap.18.Dixit Helyas: apprehẽdite ꝓphetas Baal:⁊ ne vnus quidem effugiat ex eis: quos cũ app̃hẽdissent: duxit eos Helyas ad torrentem Cyson ⁊ interfecit eos:vide prima parte.c.2.§.2.⁊.c.7.§.1.

Locus:vbi vt refert Lucas cap.22.Jesus auulsus:a discipulis suis quãtũ iactus est lapidis positis genib⁹ orabat:⁊ illic apparẽt vestigia

genuū ꝛ manuū: vide prima p. c. 7. §. 47. E.

Locus vbi tentus est Jesus a turbis: Dicit. n. Matheus ca. 26. ꝙ manus iniecerūt i Jesuz ꝛ tenuerūt eum: ꝛ illic apparēt i rupe lineamēta verticis ꝛ capillorum ꝛ digitorum saluatoris. Mirum nimis est illud quod recitat auctor: vide prima parte. c. 7.

Locus vbi filij Jsrael ydolatrātes traducebāt filios suos p ignē ꝛ sacrificabāt ydolis Uñ exprobrant i. 4. regū capi. 17. Seruierunt Baal ꝛ consecrauerūt filios suos ꝛ filias suas p ignē ꝛ diuinationi inseruiebāt ꝛ augurys: vide prima parte c. 7. §. 43. T.

Locus vbi stabat mr̄ Jesu iuxta crucē vt refert Joannes cap. 19. vide prima p. c. 7. §. 47. L.

Locus vbi beata virgo steit post Ascēsionem ꝛ vixit vsq; in finem vite sue: vide ibidem.

Locus: vbi dominus ascēdit in celū: ꝛ qd factū fuerit de lapide illo: in quo dñi ascēdentis vestigia remāserūt: vide prima p. c. 7. §. 46.

Lōgitudo ꝛ latitudo totius terre sancte describitur: vide prima parte. c. 9. §. 1.

M

Maceda ciuitas: quā expugnauit Josue: i cui⁹ spelūca quiq; reges se abscōderāt: ad cuius os: saxa aduolui Josue mādauit: nā sic legim⁹ i lib. Josue cap. x. Nūciatū ē Josue: ꝙ iuēti eēnt qnq; reges: q se abscōderāt i spelūca vrbis Maceda. Qui ꝓcepit socijs voluite saxa ingētia ad os spelūce: vide. i. p. c. 8. §. 10.

Magdalū: aduertas qō duplex ē magdalū: vnū in Egypto: ō quo legim⁹ i lib. Exodi cap. 14.

Reuerſa

Reuersi castrametentē e regione Phayroth q̄ est iter Magdalū ⁊ mare, ⁊ aptius i Jeremia cap. 44. sic legim⁹: iudeos q habitabāt i terra Egypti: habitātes i Magdalo ⁊ in taphnis ⁊c. Et⁹ hoc Magdalo nō logē aucto⁹: Altex ē apud Bethsaydā i iudea: i quo adhuc ē domus Marie Magdalene: ⁊ de hoc loquitur: vide prima parte. c. 5. §. 7.

Magedo Cāpus magnus: de eo diximus supra in Esdrelon: vide prima parte c. 7. §. 3.

Magedan: quere in Esdrelon.

Magedon: credit esse idem locus: cū magedo De Megedon logē Apocalip. cap. 16. ⁊ congreganit illos i loco: q hebraice dicitur Magedon prima parte. c. 3. §. 5.

Mambre: vbi habitauit Abraam: ⁊ angelos hospicio suscepit: vt legimus i lib. Geñ. cap. 18. Apparuit ei dñs i cōualle mābre sedenti i hostio tabernaculi sui in ipso feruore diei: vide prima parte. c. 7. §. 64.

Maon desertū: i quo habitabat Nabal carmelus ad quē nūcios misit Dauid vt acciperent munera: Uñ sic legimus i primo regū cap. 25. Erat vir quispiā in solitudine Maon: ⁊ possessio eius in carmello: vide. 1. p. c. 7. §. 61.

Mare mortuū: vbi prius erat Sodoma ⁊ Gomorra: nunc aūt: quoniā pfundate sunt ciuitates ille: vt legimus i lib. Geñ. cap. 19. Igitur dominus pluit sup Sodomam ⁊ Gomorram sulphur ⁊ ignem: ⁊ subuertit ciuitates has ⁊ omnem circa regionez: facta est profunditas aquaz: q̄ appellat mare mortuū. Dicit etiam lacus aspalti. i. bituminis: quod multum illic

colligitur est enim talis dispositionis regio illa etiã ante subuersionẽ Sodome: Unde ꝛ in libro Geñ. cap. 14. dicitur: q̃ vallis siluestris que ꝓpinqua erat Sodome: ꝛ nũc est vicina mari mortuo: habebat puteos multos bitumi nis: vide prima parte. c. 7. §. 32.

Mare mortuũ quãte lõgitudinis sit: ꝛ q̃z tremẽda appareãt in eo: i vltionẽ ꝛ detestationẽ Sodomoꝝ: prima parte. c. 7. §. 32. ꝛ ibidẽ. §. 34.

Maria Egyptiaca: que ante meretrix: contrita ad sepulchrũ dñi accessit: in quo loco respon sũ accepit a. B. ꝟgine: vide. 1. c. 7. §. 47. M.

Mecha ciuitas sepulture Mahumeth in qua ꝑte Arabie sit: vide prima parte. c. 1. E.

Melchisedech Dei sacerdos de quo legimus i libro Geñ. capitu. 14. q̃ erat Rex Salem ꝛ sacerdos Dei altissimi offerens panẽ ꝛ viñ: in quo loco benedixit Abrae reuertenti a cede quatuor regũ: vide prima parte. c. 6. §. 9.

Memphis ciuitas Egypti: in qua ꝑcipue erãt oracula ꝛ vaticinia: de qua ꝛ cõtra quã loquitur Ezechiel cap. 30. Et disperdã simulachra: ꝛ cessare faciã idola de Memphis: nunc Damiata dicitur: vide secunda parte. c. 3. A.

Meron aque sunt: de qbus sic legimus in libro Josue cap. xj. venit Josue ꝛ ois exercitus cũ eo: aduersus illos reges: ad aquas Meron, ꝛ irruit super eos: tradiditq; eos dñs in manus Israel: Ex aquis istis cõficit stagnũ ex decursu Jordanis: quod di Meron: quod exiccatur: ꝛ aliquãdo in eo ita crescũt arbusta in tanta habundãtia: q̃ leones ꝛ vrsi habitãt in eis: ꝛ hec est venatio regia vide. 2. p. c. 3. B.

Miraculũ

Miraculũ i ecclesia bethleemitana: oio stupẽdũ de serpẽte: qđ cõtigit in p̃sentia Soldani: illic existentis: vide prima parte c.7.§.56.H.

Miraculũ de bobus trahẽtibus aquã i Egypto ex fonte Jesu benedicti: ad irrigãdũ hortum balsami: vide secunda parte c.4.E.

Miraculũ de reliquijs scti Joãnis Baptiste: q̃ imisse i Nilo: ascendũt velocissime cõtra decursum Nili: ⁊ reuertunt̃ ad priorem locũ ubi venerant̃: vide secũda parte c.5.

Modin mõs: i quo ẽ ciuitas machabeoꝝ dicta Modin: ibi erat Matathias p̃ Jude machabei ⁊ fratrũ suoꝝ: vt legim⁹ i prio machabeorũ cap.2. Et matathias surrexit ex Jerusalẽ ⁊ cõscẽdit i mõtẽ modin: Illic sepulti sunt Matathias ⁊ filij eius. 4. qbus Simon filius eiusdem edificauit nobilissima sepulchra: q̃ etiam vident̃ ex mari: de qbus sic legimus in primo macha.ca.13. Edificauit Simõ sup sepulchrũ p̃ris sui ⁊ fratrũ suoꝝ: edificiũ altũ visu: lapide polito: retro ⁊ ante: ⁊ statuit septẽ pyramides: vnã ꝯtra vnam patri ⁊ matri ⁊ quatuor fratribus: ⁊ hijs circũposuit colũnas magnas ⁊ sup colũnas arma ad memoriã eternam ⁊ iuxta arma naues sculptas: que viderent̃ ab hoibus nauigãtibus mare: hoc ẽ sepulchrum quod fecit in Modin vsq; in presentem diem: vide prima parte c.8.§.7.

Mons super quẽ: frequentius ascendebat Saluator: ibi sermonẽ prolixũ cõposuit: quẽ Mathe⁹ refert ca.5. ibi saturauit. 5000. hoium ibi dictauit orõnẽ dominicã: vt refert Matheus ibidem: ibi plura ⁊ diuina alia operatus est:

vide prima parte c. 4. §. 6.

Mons moria: super quem edificatum erat templū Salomōis: ⁊ palatiū regis: quomodo depressus est a Romanis: ⁊ detractus in torrē tem Cedron: ⁊ ppterea nūc parū ē eleuatus: vide prima parte c. 7. §. 43.

Mons caluarie quomodo dispositus est: vide prima parte c. 7. §. 47. M.

Monumētū Josaphat regis Juda: quē legimus in tertio regum cap. 22: sepultum in ciuitate Dauid: ornatum est pulcherrima pyramide: vide ibidem. E.

N

Naason villa i tribu Neptalim: de q̄ sic legimus in libro Thobie cap. pri. Thobias ex tribu ⁊ ciuitate Neptalim: q̄ ē in supiorib⁹ Galilee supra Naason: vide prima parte c. 5. §. 3.

Naym ciuitas de qua legimus Luce. 7. capi. q̄ ibat Jesus in ciuitate Naym: vbi ⁊ filium vidue suscitauit: vide prima parte c. 6. §. 11.

Nazareth ciuitas Galilee i q̄ Luce pri. cap. anūciatus ē Saluator: de q̄ i veteri testamēto nihil legimus: forte pp nouitatem suam pro maiori parte habet domus non muratas sed excisas in rupe: vide prima parte c. 5. §. 8.

Neeleschol. i. torrens botri: ⁊ ē locus vbi explo ratores missi a Moyse: acceperunt palmitē cū vuis: Sic. n. legimus i lib. numeri capi. 13. Pergentes vsq; ad torrentē botri: abscinderūt palmitē cū vua sua: quē portauerunt in vecte duo viri: De malis quoq; granatis ⁊ ficubus illius loci tollerūt: q̄ appellatus est: Neeschol

idest

ideſt torrens botri: eo q botrũ portaſſent ide filij Iſrael: vide prima parte c.7.ſ.63.

Nephim caſtrum admirabile: habens triginta turres vbi ſit: vide prima parte c.2.ſ.12.

Neptalim ciuitas: ex q̃ fuit Thobias: vt legim⁹ in lib. Thobie cap.pri.q̃ Iouapta dei de nũcupata ẽ: i qua Joſephus captus fuit a Romanis: nunc autem Syrim dicitur: vide prima parte c.5.ſ.5.

Nilus deſcribit: z in quot ramos vel riuos diuiditur: z vbi ſm quemlibet riuum ingredit mare: vide ſecunda parte.c.3.

Nilus neſcitur vnde habeat ortum: vltra montes nubie: vide ibidem.

Nobe ciuitas: i qua habitabat Abimelech ſacerdos magnus cũ aliis ſacerdotibus: ad quã feſtinauit Dauid fugiẽs Saulẽ: vbi panes ppoſitionis comedit: vbi accepit gladiũ Goliath Bethei: Hec oia legim⁹ i primo regũ cap.21. vide prima parte c.7.ſ.69.

Nubiani z Jabeni chriſtiani: qui acceperũt fidẽ a ſancto Matheo: baptizant igne: allegantes prõne ſua dictũ Euãgelij in Matheo cap.3. Sic enim habet: ipſe.i. Saluator baptizabit vos in ſpiritu ſancto z igne: vide ſecunda parte.c.2.ſ.7.

O

Origenes vbi ſepultus ẽ: vide.1.p.c.2.ſ.5.

Ortus balſami in Egypto: cõſitus i illo loco: ad quem confugit. B. virgo cũ Joſeph: fugiens Herodem: qui querebat occidere Saluatorẽ vt legimus: Mathei capitulo.2. Illic eſt fons

mirabilis: dñi Jesu: quo hortus ipse irrigat: vide secunda parte c. 4. B.

Oriens totus vltra mare: nomē Christi pdicat ⁊ venerat: ac se Christianos dicūt: pter solos saracenos: ita q̄ pro vno saraceno sunt triginta Christiani: vide scōa pte c. 2. §. 9. A.

P

Palestina: i qua peregrinatus ē Isaac post mortē Abrae apud Abimelech regē palestinor pp sterilitatē orta iā fame: vt legimus i lib. Geneseos cap. 26. Hec partiti i tres partes: Metropolis prime ē Jerusalē Metropolis scōe est Cesarea: Metropolis tertie: ē Bethsan de q̄bus iā diximus locis suis: vide pria p. c. 1. L.

Palma Delbore pphetes que iudicauit Israel: Sic. n. legimus in lib. Judicū cap. 4. Erat aūt Delbora prophetes vxor Lapidoth: que iudicabat populum illo tpe: ⁊ sedebat sub palma que nomine illius vocabatur: vide prima parte c. 7. §. 37.

Pastores de q̄bus legimus Luce. 2. capi. q̄ erāt in eadē regione vigilātes ⁊ custodiētes vigilias noctis sup gregē suū: i quo loco audierūt angelos cantantes: Gloria in excelsis Deo: vide prima parte c. 7. §. 56. L.

Pyramis: sub qua credit esse sepultura Job: licet i lib. Job: non exp̄sse habeat: vbi fuerit sepultus: Sic. n. legimus cap. 42. Mortuus est senex ⁊ plenus diex: ⁊ nil de sepultura dicit: vide prima parte c. 3. §. 5. ⁊ c. 4. §. 9.

Pyramides ⁊ sepulchra quatuor filiorum Chanaam ⁊ ōs stupende sint in magnitudine lapidum

pidum: vide prima parte. c. 2. §. 17.

Piramides in Egypto: que creduntur fuisse horrea Joseph: eo q in libro Genesis. cap. 41. sic legimus Jn manipulos redacte segetes: congregate sunt in horrea Egypti: t vltra hoc sequitur: sic omnis etiam frugum habundantia in singulis vrbibus cōdita ē: vide. 2. p. c. 3. B.

Piscine solemnes t notate in Jerusalem: inter quas est pbatica: de qua dicit Joannis. 5. ca. Est aūt Jerosolimis probatica piscina: hāc fecit Salomon in ministeriū templi: Et piscina Siloe de qua sic legimus Neemie. 3. c. Jpse. s. Sellū filius Colozai: edificauit muros piscine Siloe in hortū regis: Et piscina supior: de qua legimus in. 4. lib. regū cap. 18. Muncij regis Assirioz cū ascendissent: venerunt Jerusalem t steterunt iuxta aque ductum piscine superioris: que est in via agri fullonis: vide prima parte. c. 7. §. 43: L.

Poma nuncupata paradisi que producūtur in terra Sancta q̄s mirabilia sunt: in magnitudine t sapore t de quātitate folioz ipsius arboris: vide. 2. c. 1. E.

Prelatus primus Armenioz Catholicos vicis t quanti exempli sit in victu vestitu t officio diuino: vide. 2. p. c. 2. §. 9. B.

Prelati oēs in oriente sunt Monachi: sacerdotes aūt seculares quasi nullius sunt estimationis: vide. 2. p. c. 2. §. 6.

Presepe Saluatoris nati i quo reclinatus ē: quomodo sit dispositum: vide. 1. p. c. 7. §. 56. E.

Puteus aquaz viuentiū: que fluūt impetu de Libano vt legimus: canticoz. 4. capi. vbi sit t q̄s

mirabilis: vide prima parte.c.2.§.4.

Puteus: de quo vt dicitur: puer Jesus hauriẽs aquam ministrabat matri sue vbi sit: vide prima parte.c.6.§.8.

Q

Quarãtana dr̃ ille mõs: ĩ quo Jesus post baptismũ q̃draginta diebus ieiunauit: sicut legimus Mathei.4.capi. Vbi hic mons sit: vide prima parte.c.7.§.28.

R

Ramatha Sophin: vbi habitabat Samuel vbi ⁊ mortuus ⁊ sepultus est: Sic.n.legimus in primo regũ cap.25. Mortuus est Samuel: ⁊ congregatus est vniuersus populus Israel: ⁊ plãxerunt eũ nimis ⁊ sepelierũt eũ in domo sua in Ramata sophin: vide.1.p.c.7.§.52.

Rapsaces missus a Senacherib rege assiriorũ ad exprobandũ Israel: vt legimus in.4.regũ cap.18.vbi stetit qñ incepit clamare: audiente ppl̃o Hec dicit Rex magn⁹ Rex assiriorũ: Que est hec fiducia qua niteris? vide.1.p.c.7.§.43.

Rama multiplex est: omnes tñ sunt in montibus altis edificate: ⁊ de qua dictum sit illud Hieremie cap.31. vox in rama audita est ploratus ⁊c. vide prima parte.c.7.§.24.

Riuus in quo Philippus baptizauit eunuchũ Cãdacis regine: de quo sic legimus in actibus Apl̃orũ ca.8. Descẽderũt vterq; i aquã Philipp⁹ ⁊ eunuch⁹: ⁊ baptizauit eũ: vid̃.1.c.7.§.68.

Reges ⁊ nobiles Amenie q̃z libẽter audiũt verbũ dei: ⁊ quomodo eis a sacerdotibus monachis

legitur

legitur scriptura sacra: ꝛ soluuntur dubia: vide. 2. p. 2. §. 9. L ꝛ E.

Regina Armenie: q̃ stricta lege custoditur ne vir aliquis visitet eam: sine singulari licentia regis: vide. 2. p. c. 2. §. 9. E.

Ruyna villa in qua credit Jonam Prophetam illic fuisse sepultum: vide. 1. p. c. 6. §. 2.

S

Sacerdotes Armenie dicunt in missa easdē epistolas eadēq; euangelia que ꝛ nos: sed in suo ydiomate: conficiunt in azimo: ꝛ eadē verbo rum forma vt nos: vide. 2. p. c. §. 9. L.

Sacerdotes Armenie: quibus ꝛ q̃ deuotis cerimoniis vtant i missa circa Eucharistiā: vide ibidē.

Saltus Libani quō disponit: vide. 1. p. c. 6. §. 6.

Aduerte tñ: q; i scriptura legimus multos saltus Mā est saltus Areth: ad quē deuenit Dauid fugiens a Saule: vt legimus in primo regū cap. 22. ꝛ est saltus Effraym: in quo cōmissum est prelium cōtra Absolō vt legimus in. 2. regū. ca. 18. ꝛ ē saltus in quo Jonathas psequēs philisteos: sumpsit mel sumitate virge vt legimus. 1. regū cap. 14. ꝛ ē saltus carmelli de quo dī 4. regū ca. 19. Saltū carmelli ego succidā: Auctor pro solū saltū Libani ōscribit: vide ibidē.

Saltus Dauid: hoc ē illud supciliū mōtis: de quo legim⁹ Luce. 4. cap. q; Judei duxerūt Jesum vsq; ad supciliū mōtis: vt ꝓcipitarent eū: ꝛ adhuc apparent vestigia corporis sui impressa lapidi: vide. 1. p. c. 6. §. 8.

Samaria edificata a Samarite filio Ebanaā de q̃ dixim⁹ supra i ꝓbo Ebanaā. caput fuit ꝛ Sedes regni dom⁹ Israel: postq; diuisū fuit regnū

sub roboā filio Salomonis vt legimus in tertio regū cap. 12. supbe edificata fuit ⁊ nobilissima edificia fuerūt in ea: nunc autē dei iudicio conuersa est in hortos olerum: vt vix sit habitatio: vide prima parte. c. 7. §. 12.

Sandaliū castrum: ab Alexandro obsidente Tyrum constructum: vide prima parte. c. 2. §. 3.

Sarraceni qd sētiāt de. s. Joāne Baptista: ⁊. B. virgine: ⁊ saluatore nro vide. 1. p. c. 7. §. 12. B.

Sarraceni qui Uay cognominant: vbi habitant ⁊ q̄z bellicosi sunt: ⁊ q̄ztum obedientes superioribus suis: ⁊ quomodo uoluerunt ad obedientiam Romanē ecclesie venire: ⁊ pp quid eoꝝ propositum nō fuit firmatū vide. 1. p. c. 2. §. 16.

Sarepta Sidonioꝝ: vbi apud viduā habitauit Helyas tpe famis: vbi ⁊ ipsius filiū suscitauit sic legim⁹ i tertio regū ca. 17. vide. 1. p. c. 2. §. 7.

Sebaste: ipsa est: que prius Samaria dicebatur: nūc aūt vix est habitatoꝝ vide. 1. p. c. 7. §. 12.

Sepheth castrum firmissimum: q̄z ignominiose sit: ⁊ in detrimētum Christiani nois: Captum fuit a Soldano vide. 1. p. c. 4. §. 4.

Sephorum castrum de quo nihil legimus in scripturis antiquis sanctis: ex eo dicit fuisse Joachim pater btē Uirginis: vide. 1. p. c. 6. §. 7.

Segor vrbs paruula in qua saluauit se Loth: qñ dñs suburetit Sodomā Sic m. legimus in libro Bene. cap. 19. festina ⁊ saluare ibi: idcirco appellatū é nomē illi⁹ Segor: vid. 1. pc. 7. §. 34.

Seyr mōs quadruplex inuenit in scripturis: primus estidē qō desertum maris rubri: de quo legimus in libro Bene. cap. 14. q Lodor Laomor rex Elamitaꝝ ⁊ reges q erāt cū eo: percusserunt Raphaym

runt Raphaym ⁊ chozreos ī mōtibus Seyr vsq; ad cāpestria pharā: q̄ ē i solitudine sc̄ōs est: qui coniungit cū deserto pharan: iuxta Cades berne habēs a latere desertū Synai ⁊ mare mozturū: hūc multo tēpore circuierunt filij Israel egressi de Egypto Unde sic legimus in libro Deutero cap. 2. circuiuimus longo tempore montē sepe: dixitq; dominus ad me sufficiat vobis circuire montē istū: tertius ē: i quo habitauit Esau postq; recessit a Jacob sic. n. legimus in libro Gene. ca. 36. Tulit aūt Esau vxores suas ⁊ filios ⁊ filias oēmq; substanciam suā: ⁊ abiit in alterā regionē habitauitq; Esau in mōte Seyr: Hic est mōs Seyr: de quo dixit deus filijs Israel Trāsibitis p terminos fratrū vestroz filioz Esau: q habitāt in Seyr ⁊ timebūt vos videte ergo diligēter ne moueamini cōtra eos: qa in possessionē Esau dedi montē Seyr: hec oia legimus in libro Deutero ca. 2. Alius est mōs Seyr: in finibus ascalonis ⁊ Azoti q̄ sunt in terra philistiim de quibus diximus supza: hic datus fuit tribui Juda i distributione terre p̄missionis Sic. n. legimus in libro Josue cap. 15. Accharō cū vicis ⁊ villulis suis: Azotus cū vicis ⁊ villulis suis Baza cū vicis ⁊ villulis suis: vsq; ad torrētē Egypti: ⁊ mare magnū: termini eius: ⁊ in monte Seyr: q ⁊ Sanir dicitur: vide p̄ma parte. c. 5. §. 8.

Sennin vallis de qua legimus i libro Judicū ca. 4. q̄ Jabel vxor abner cineī: q tetēderat tabernacula vsq; ad vallē Sennin: iterfecit Sisarā p̄cipē milicie regis Jabin: vide. 1. p. c. 4. §. 2.

Sepulchrū. B. virginis in valle Josaphat: cui⁹

Ecclesia coopta ē terra: ⁊ torrens Cedrō fluit sub ea: pietas ⁊ dolor ē videre illud sacrū: qūo deuastatū est: licet in magna reuerentia habeat etiam a Sarracenis: vide: 1.p.c.7.§.44.A

Sepulchrum domini Saluatoris qūo dispositū est ⁊ q̄uenerandum: vide.1.c.7.§.44.B.

Sepulchrum sancte Pelagie vbi sit: vide prima parte.c.7.§.46.B.

Sepulchrum sancti Jeronimi in Bethleē: vide prima parte.c.7.§.56.J.

Sepulchrum Paule ⁊ Eustochii in Bethleem: vide prima parte.c.7.§.56.

Sepulchrū sancti Cariatoth abbatis cum suis monachis qui eo migrante: oēs migrauerūt: vide prima parte.c.7.§.70.

Sichē: vbi filij Jacob pascebāt greges ad quos missus ē Joseph: Sic.n.legimus i lib.Gen.ca. 37.cūfres Joseph morarent in sichem in pāscēdis gregibus patris sui dixit ad eū Jsrael ⁊c. vide prima parte.c.7.§.19

Sichem edificata fuit a Jeroboā: ⁊ fuit prima sedes sui regni: postq̄ cōstitutus est rex super Jsrael vt legimus in.3.regū cap.12.edificauit aūt Jeroboā Sichē ⁊ habitauit ibi.1.p.c.7.§.16.

Sidon vrbs magna Sirie fenicis antiqtus gl̄io sa nūc āt destructa: sicut ꝓtra eā ꝓphete annū ciauerāt: Dicit.n.Jeremias ca.47.Dissipabit Tirus ⁊ Sidō cū reliq̄s auxilijs suis: Ezechiel ca.28.Ecce ego ad te Sidō dicit dūs Jmmittā.n.pestilētiā ⁊ sanguinē in plateis eius ⁊ corruēt interfecti in medio eius gladio p circuitū ⁊ scient quia ego dūs: vide prima.p.c.2.§.8.

Syene ciuitas: in vltima pte Egypti ꝓtra austrū:

sita sub

sita sub tropico estiuo. Vñ & ibi sumit vmbra in primo gradu Cancri De hac loquitur Ezechiel. 29. Dabo terrã Egypti in solitudinẽ gladio dissipatam: a turre Syenes vsq ad termi nos Ethiopie: vide. 2. p. c. 3. B.

Syloe: vbi populus Israel: postq̃ acqsierat terrã pmissionis: reposuit archã dñi: & iõ Sylo erat vt dom⁹ dei: donec archa fuit illic: & pterea dr i lib. Judicũ ca. 20. Venerũt filij ysrael i domum dei: hoc est in Sylo: vide. 1. p. c. 7. §. 48.

Syloe natatoria: de qbus legimus Joannis. 9. cap. Vade & lauare in natoria Syloe: qũo dr posita sunt: & sunt apud agrũ Acheldemach: vide prima parte. c. 7. §. 43. M & N.

Sinagoga i q̃ ingressus ẽ Jesus die sabbati: ut legimus luce ca. 4. & tradit⁹ ei liber Jsaie pphete & legit: Spũs dñi sup me &c. vide. 1. p. c. 6. §. 8.

Sinõ oppidũ: qõ & Sinochin dr: & q̃z amena ac fertilis sit illa regio: vide. 1. p. c. 2. §. 16.

Siria diuidit in Mesopotamiã: in qua ẽ ciuitas Edisse: q̃ olim Rages medoz: ad quã puenit Thobias ductus i captiuitate: vt legim⁹ Thobie. 1. ca. 1. Hec solet nũcupari Mesopotamia Sirie: & ad eã accessit Jacob vt legimus i lib. Gen. ca. 28. ad Labã frez Rebecce & diuidit i Celle siriã i q̃ ẽ ciuitas Antiochie & Laodicie: & diuidit in Siriã fenicis i q̃ ẽ Achõ. i. Ptolemaida: & Berit⁹ & Tir⁹ & Sidõ. Et i Siriã damasci: i ea ẽ Damasc⁹ & Lybanus mõs: & nũc vulgariter dr Soria absolute: vide. 1. p. c. 1. B.

Sochoth: vbi edificata domo: stetit Jacob: reuertẽs de Mesopotamia: postq̃ recessit Esau ab eo: qui sibi obuiam exierat. Vnde sic legimus

Gene.ca.33.t Jacob veniti Sochoth: vbi edificata domo: t fixis tētoriis appellauit nomē illi⁹ Sochoth.i. tabernacula: vide i loco suo.

Spelūca i q̄: abscōdit se Helias fugiēs a facie Jezabel: i cuius hospitio visionē grādē vidit vt legimus in tertio regum cap.19. vide.1.p.c.3.§.2.

Spelunca duplex in agro Ephron: in Ebron: in terra Chanaā: in qua ut legimus Gene.ca.23. est sepulta Sarra: deinde Abraam t Isaac t Jacob: vide.1.p.c.7.§.6ȝ.

Suecha ciuitas: ex qua fuit Baldach suites de quo legimus in libro Job capi.2. q̄ venit ad consolandum Job in tribulatione sua: vide prima parte.c.4.§.9.

Suna ciuitas: quā frequētabat Helisens: vbi suscitauit filiū Sunamitis vt legimus in.4. regū ca.4. Ex hac ciuitate fuit Sunamitis Abisaach que ministrabat Dauid seni: vt legimus tertio regū cap.primo: vide.1.p.c.7.§.ȝ.

T

Thabor mons nominatissimus inscripturis: de quo dicit Osee.ȝ.capit. facti estis sicut rethe expansum super Thabor Super quē transfiguratus ē dominus vt legimus Mathei cap. 17. vide.1.p.c.6.§.9.

Taberuacula cedar quibus in cāticis cap.primo assimilat sponsa: q̄ȝ decora sint aspectu: t vnde causatur ille decor: vide.1.p.c.4.§.10.

Taphnis ciuitas Egypti: ptra quā pphetat Ezechiel cap.3.t i Taphnis nigrescet dies cū cōtriuero ibi sceptra Egypti: ibi est terra Jesse: quā habitauerūt Jacob t filij ei⁹: eo q̄ erāt pastores ouium

onium vt leginus Geneſis cap. 47. Sic. n. petierunt a Pharaone: Petimus vt eē nos iubeas ſeruos tuos in terra Jeſſen: vide ſecunda parte. c. 3. A.

Thebe ciuitas Egypti: ex qua fuit: Thebeorum militū ſacra legio: vide ſcōa parte. c. 3. B.

Thecua: ex qua fuit Amos prophēta: ꝛ interfectus ab Ozia illic ſepultus eſt: Sic enim legimus in argumento ſuper Amos fuit cognatio eius ex oppido Thecue: que Ozias: vecte per tēpora tranſſixit: poſthec ſemiuiuus in terram ſuam eiectus eſt: ꝛ poſt aliquos dies dolore vulneris expirauit ſepultuſq; eſt cum patribus ſuis: vide prima parte. c. 7. §. 59.

Thecue deſertum: vide ibidem.

Thema ciuitas: ex qua fuit Helyphath Themanites q vt legim⁹ Job. 2. cap. venit ad cōdolē dū Job ſup afflictionē ſuā: vide. 1. p. c. 5. §. 7.

Terra ſancta: ipſa eſt paleſtina: apud Coſmographos ꝛ inuit ex eo q̄ legimus i Geneſis capi. 21. quod Abraam fuit colonus paleſtinorum multis diebus: ꝛ hāc terrā paleſtinoꝝ: ꝓmiſerat Deus Abrae cū dixit in Geneſi capi. 15. Semini tuo dabo terrā hāc: a fluuio Egypti vſq; ad fluuium magnū Eufratē: Hec igitur paleſtina: diuiſa fuit in regnum Juda: ꝛ in regnum Samarie: vide prima parte c. 1. A.

Tyberias ciuitas Galilee: notiſſima in Euangeliis: a qua mare Tyberiadis: antiquitus dicta Ceneroth: a qua ꝛ mare Tyberiadis: dicebat mare ceneroth: de quo ſic legimus i lib. Joſue ca. 12. Seō rex amorreoꝝ dominat⁹ ē: vſq; ad mare ceneroth ꝓtra orientē: vide. 1. p. c. 6. §. 5.

Tyrus ciuitas gloriosa in corde maris sita vt scribit i Ezechiele capi.17. O tyre tu dixisti: p fecti decoris ego sum: ⁊ i corde maris sita a quo edificata fuerit: ⁊ qualis fuerit: añ ⁊ nũc: vide prima parte c.2.§.5.

Torrẽs cyson duplicẽ hẽt decursuz: vnũ ad oriẽ tẽ: ⁊ i eo pugnauit Barach ꝯtra Sysarã vt legimus i lib. Judicũ cap. 4. alteꝝ hẽt ad occi dentem: ⁊ in eo interfecit Helyas sacerdotes Baal vt legimus in tertio regum cap.18. vide prima parte c.6.§.9. Et c.7.§.1.

Traconitidis regionis vt legimus Luce.3.cap. Philippus Herodis fr̃: fuit tetrarcha: hec re gio ẽ eadẽ cũ planicie Lybãi: q̃ extẽdit vsq; ad mõtẽ hermõ ⁊ Bosra: De hac planicie legim⁹ i lib. Josue cap.xi. ꝙ Josue accepit oẽm terrã mõtanã ⁊ meridianã: ⁊ ꝑtẽ mõtis que ascẽdit Seyr: vsq; Baalgad ꝑ planiciẽ Lybãi subter mõtẽ Hermon: vide.1.p.c.3.§.5. ⁊ c.4.§.11.

Tripolis ciuitas: de qua nõ est mentio i scripturis sacris: pro eo quod potuerim inuenire: est tamen nunc ciuitas nobilis valde ⁊ amena ⁊ populosa: vide prima parte c.2.§.13.

Thoron castrũ: quod dñs Tyberiadis cõtra Tirũ edificauit: vide prima parte.c.3.§.2.

Turris ader: vbi Jacob post mortẽ Rachelis: aliquo tẽpore: cõmoratus est: hec in libro Genesis cap.36. dicitur turris gregis. Sic.n. legimus: Egressus inde Jacob: fixit tabernaculũ trans turrem gregis: vide.1.p.c.7.§.56.B.

U

Valles Lybani q̃ fertiles sunt: ⁊ diuersoꝝ generũ gentes

rũ gẽtes habitãt ĩ eis: vide. 1. p. c. 3. §. 5.

Vallis Aser: piguis ⁊ abũdãtissima: vt manifeste ipleat bñdictio p̃ris Jacob i Geñ. cap. 49. vbi sic legimus Aser pinguis panis eius: ⁊ p̃bebit delicias regibus: vide prima pte c. 5. 2.

Vallis Josaphat: de q̃ sic legimus: Joelis cap. 3. Cõsurgãt ⁊ ascendant gentes in vallem Josaphat quia ibi sedebo vt iudicẽ oẽs gẽtes in circuitu: quomodo situat ad mõtẽ Oliueti: ⁊ quomodo Romani: plurimũ repleuerunt eã: ruinis edificioꝝ palacij regij ⁊ tẽpli: ⁊ mõtis morie: vide prima parte c. 7. §. 43. P.

Vallis bñdictionis in q̃ Josaphat rex Juda: pugnauit cõtra filios Moab: ⁊ Amon: ⁊ habitãtes mõtẽ Seyr: ⁊ auxilio dñi: ꝓstrati sũt: ideoq; vocauerũt locũ illũ: vallẽ benedictionis. Sic enim legim⁹ i lib. 2. Paralypomenon cap. 19. Die quarto cõgregati sunt ĩ valle benedictionis: Et enim qm̃ ibi benedixerũt dño: vocauerunt nomẽ loci illius: vallis bñdictionis vsq; in p̃sentẽ diem: vide prima pte. c. 7. §. 60.

Vallis Raphaym: in q̃ diffusi sunt philistijm: vt pugnaret ꝯtra Jsrael: postq̃ audierũt Dauid cõstitutũ regẽ sup totũ Jsrael: mortuo Jsboseth filio Saulis: vt legim⁹ i lib. 2. regũ cap. 5. Sic. n. legim⁹ ibi Audierũt ergo philistijm: q̃ dũs vnxisset regẽ Danid sup Jsrael: ⁊ ascẽderũt vniuersi vt quererent Dauid: ⁊ diffusi sũt in valle Raphaym: vide scd̃a parte. c. 2. D.

Via maris trãs Jordanẽ: Galilee gẽtiũ: quã legimus in Jsaia capi. 9. quomodo intelligenda est: vide prima parte c. 4. §. 7.

Vites in Anterado: qd̃ ẽ vicinũ Aradio: de quo

diximus loco suo: in eodem anno ter ꝓducũt vuas ⁊ maturãt: vide scda pte. c. 1. D.

Unicornij ineniũt i terra sãcta: vide. 1. p. c. 2. E.

X

Christiani vltramarini: qa nõ sunt viri bellicosi ⁊ armoꝝ: ideo facile expugnant: ⁊ subijciunt sarracenis: Uñ terre sue dicunt sarracenoruꝫ dominia: cũ i rei veritate: soli domini ⁊ gubernatores sint sarraceni: populi autẽ sunt Christiani: vide secunda parte. c. ⁊.

Ph

Phiala: fons: a quo ꝑm veritatẽ: Iordanis habet suã primã originem: licet videat apparenter habere: a Ior ⁊ Dan fontibus scaturientibus sub Lybano: de qbus diximus loco suo: hic fons a sarracenis dicitur: Medan. i. aquedan: vide prima parte. c. 3. §. 5.

Z

Ziph desertũ in quo habitabat Dauid: cũ ei insidiaret Saul Sic. n. legimus i primo regũ cap. 23. Morabat aũt Dauid i deserto: i locis firmissimis mãsitqꝫ in mõte solitudinis Ziph in mõte opaco: vide prima pte c. 7. §. 61.

Zacharie domus sita i mõtanis Judee i quã intrauit Beatissima virgo: ⁊ salutauit Helysabeth: vt legimus luce primo cap. vide prima parte c. 7. §. 68.

Finis fidissimi ⁊ vniuersalis repertorij: super librũ Reuerendi ac deuotissimi patris: in sacro eloquio eruditissimi: Borcardi Almani: qui inscribit: descriptio terre sancte: eidemqꝫ adiacentium regionum.

¶ Reuerendi ⁊ deuotissimi patris: in sacro canone eruditissimi: fratris Borchardi Alimani Ordinis Predicatoris Liber: qui iscribitur de Descriptione Terre Sancte: eidemq; adiacentium regionum.

Prologus.

Lim legimus i veteribus historijs (vt Diuus scribit Hieronymus ad Paulinum) quosdam lustrasse prouincias: maria trāsfretasse: vt que ex libris nouerant: coram posita viderent: Hac de causa Plato Egyptū: Pytagoras memphiticos vates adijt: ⁊ Apolonius Persas intrauit: pertrāsiuit Caucasum: Albanos Scytas Massagetas ⁊ extremā penetrauit Indiā: vt Hyarcham in throno aureo sedentem videret: audiretq; docētem: Et demum Egyptum accessit vt famosissimam solis mensam videret in sabulo. Quid ergo mirandum: si Christi nominis verissimi cultores: terrā illam: nomine ac re sanctam: quā catholice Ecclesie die noctuq; psalmis aliisq; diuinis laudibus resonant: ⁊ decantant: videre ac lustrari totis animis affectant? Venerabant Israhelitici patres sanctorum sancta: eo q illic testimonij archa: Cherubin cū ppiciatorio: manna: ⁊ Aaron virga que floruerat: diuino instituto: recōdita seruabantur. vt in sacro legimus Exodi libro: que nēpe oia diuo Paulo attestante: nil aliud q3 vmbra existebant futuri At apud pias fideleſq; mētes longe amplius venerandum ⁊ colendū ex

Christi Jesu sepulchrū: cuius glorioſa morte: de morte triumphamus: illius eſt ſiquidem virtutis: deuotiſſimum hoc ſepulchrum vt quotiens quis mūdo corde ingrediēt: totiēs ſindone circū uolutum iterno intuitu videat humani generis Saluatorē paululūq; pgrediēs: Pergrāde illud ſaxum reuolutū aſpicit ⁊ angelū niueo candore decorē: blanda luce fulgentem piſſimas mulieres alloquentem: eiſdemq; ſudariū ⁊ linteamen oſtendentem. Quis hos viſis adeo vecors ⁊ ferreus: qui non anhelet glorioſam ⁊ omni ſeculo benedictā viſere Bethleem: diuino ac virgineo partu celebrem: cōtemplaturus humanatū deū: puerū tenellum in pſepio: deſpicabili loco: ⁊ duro: pro nobis vagientem: puriſſimā Mariā virginē in diuerſorio: patiētē ſub rupe cōcaua: que vſq; hodiēdū cernit: lachrime: ⁊ ex alto corde ſuſpiria erūpunt. Quid ſuauius: qd ue iucundius anime fideli: cui nō niſi celeſtia ſāpiūt: q̄ animo reuoluere angelicas illas ⁊ beatas mentes: paſtoribus euāgelizare gaudiū magnū: qm̄ natus eſt perditi hominis ſaluator: ac decantare gloriā in altiſſimis deo: ⁊ pacē: pacifice uolūtati: intueri tres magos maieſtate preclaros: ⁊ caldeoꝝ ſapientia refertiſſimos: ab oriēte Bethlecm ſtella duce aduentantes: qua religione ⁊ latria pro ni ruant ante preſepe: non habens tectum deſuper: ſed ipſam tantū rupem prominentē: Reuertat deide fidelis gſq; in ſublimē Jeruſalē vbi dei maximi: filiū Jeſum: i tēplo diſſerēte: declarātē: ſepeq; inuidos ⁊ ypocritas: arguentem videat audiatq; In oliuaꝝ monte charos ⁊ ſimplices diſcipulos erudiētem: in monte Syon: antiquo

more

more pasca celebrãtem: Diuinũ prorsus Eucha-
ristie misteriũ instituentem: mansuetudinis amato
rem & pedes delicatissimis manibus leuantem:
In gethsemani: iam fatigatum Jesum patrẽ suũ
obnixius orantem: sanguineo sudore conspersum. nepharium Judam: diuinis labijs oscula
imprimentem: mitissimum veluti innocentem
agnum: captum lorris durissimis vinciri: vinctũ
impetu trahi: despectissime illudi irrideri: flagellis cedi: conspui acerrimis spinarum sertis coro-
nari: Immeritissime iudicatũ: cruci addictũ: gra
uem nimis & trucẽ: humeris illis: quibus vtriusq;
hemisperij molem seruat & sustinet: crucem deferentem: sub crucis insupportabili põdere: in ip
so ciuitatis exitu: pro nobis certe ingratis deficientem: Cireneum Simonem succedentem & in
caluariæ loco: totius humani generis: redemptio
nem pyssime passionis sue misterio celebrantem:
Omnium horum ita euidens: ac plena adhuc
extat memoria: veluti si hac die cõtigissent Mem
phi in ipsa Jerusalem tot sunt dominice passionis actis gestisq; loca insignia: vt nulla etsi lon-
gissima dies sufficiat singulis plustrandis: Sunt
preterea q̃ plura: in regionibus illis: que bonis
ac optime dispositis animis: ampliorem generãt
deuotionis affectum: Quis enim: etiam facun-
dissimus enarrare valeat: quot anachorete: quot mõachi: & castissime virgines: de Georgia:
Armenia vtraq;: Caldea Syria Media Persia
India: Ethiopia: Nubia: Nabenia Grecia: alia-
rumq; nationum. cateruatim centeni: duceteni:
plus minusue pcedentes: in spiritu vehemẽti: ge
nua: flectũt: cõnexas manus eleuant: oculos ad

celum tenduut: terram sanctam proni osculant: sed verius pre dulcedine cordis lābunt: venerā tur adorāt quemcunq; locum: in quo dulcissimū Jesum: sedisse stetisse: vel quippiaz operis egisse percipiunt: Nunc palmis pectora tundunt: nūc profundos gemitus emittunt: nunc in profusos fletus se soluunt: adeo ꝙ gestu coporis: ⁊ longanimitate: deuotionē intus se habere comprobantur: quā foris prese ferūt: ita vt i lachrymas plerunq; deducant etiā infideles Sarracenos: qui detestandū Machometh adorant ⁊ p̄dicāt Heu fortissime deus: intueor iuxta sacras historias: patrē Abraā patriam suā: patris domū: ⁊ cognationem: tuo mādato deserere ad teram hanc sanctā quā sibi ostēdisti festinare: In Bethel ⁊ Hay tabernacula fixit: in Gerraris bersabee ⁊ Ebrō cōmoratus est. Uideo eterne pater Ezechielem in Babilone captiuum: super Babilonis flumina ascendere: ⁊ vt reppetat dilectā Jerusalem: lachrymabili voce implorat: Uideo vnigeniti tui purissimā matrem: non contentari latis speciosisq; Galilee cāpis: sed licet ex angelica salutatione sciret: ex virtute ex alto se cōcepisse: statim cū festinatione: Judee montana cōscendit. affectās superioribus propinquare: Uideo patrē Jacob eiusq; dilectissimū filium Joseph: cuius gratia: in Egyptū peregrinaturus descenderat: qui preuidentes se in humanis agētes nō reppetituros: hanc sacrā patriā: saltē vita functi: illic sepeliri elegerunt sicq; posteris suis demandarunt: verū hac nostra tempestate: quā penitus miserā: ⁊ insipientem censeo ingemiscendū mihi est: deplorandaq; est: vilissima Christiane reipu. tarditas:

que: ⁊ si

que: ⁊ si ei tot ⁊ tanta presentent sanctorum patrum exẽpla dietim: tñ pigritat ⁊ negligit de manu ⁊ tyranuide prophanoꝝ eruere terram illã: quam Jesus mundi saluator: innocẽti sanguine fuso cõsecrauit: quã Orthodoxa fides indefesse ⁊ predicat ⁊ extollit. Que. n. diei aut noctis hora ꝑ totũ anni circuitũ: in qua nõ memorent: cantando legẽdo psallẽdo cõcionãdo ⁊ meditando acta vel lr̃is sacris demandata huius sanctissime plage. quã diuina eloquia: promissionis terrã egregiã meritissime nuncupans Uerꝫ aiaduertens q̃ꝫ plures Christi fideles: summopere affectantes vt terrã hanc sanctam: quã per decenniũ pedibus hijs calcaui: pertrãsiui: diligẽtissime notaui: describerẽ more geographi mecũ reputans id perutile fore: non modo ad excitandũ deuota in Saluatorẽ corda sed vt de locis: vrbibus: mõtibus. fluuijs: oppidis alijsqꝫ multis: in veteri nouoqꝫ testamento sepe sepiusqꝫ reppetitis: sufficiẽs habeat noticiã quantũ mee suppetuut vires descriptionẽ ipsam: conficere proposui In hac vero descriptione te in primis certũ reddo optime lector: ꝙ nihil continet nisi que oculis contẽplatus sum: aut si que fuerunt a me ipso inaccessibilia tũ feris tum mari mortuo tũ asperrimis mõtibus: in hijs ab incolis ⁊ illus regionis veteranis habitatoribus quantũ potui: eruditus sum: Et quoniã oĩs ordinata descriptio ab aliquo pricipio: quod pro centro sit: exordiri necesse est aliter imaginatione concludi minime posset: Ideo Achonẽsem vrbem: antiquitus Ptolemaidam dictam: pro centro mihi statui ⁊ si non in medio terre sancte: sed in occidentali eius termino su-

pra mare sitam: protraxi igitur ab Acho: lineas rectas quatuor: ipsius orbis quatuor punctis orienti occidenti: septemtrioni & meridiei correspondentes: quibus totus terre orbis in quatuor sectiones partitur quarum quamlibet in tres iterum partitus sum: vt iuxta duodecim ventos disponantur. In vnaquaq; autem partitionum: loca sua & oppida & vrbes in scripturis sacris tum antiquis tum nouis famosiores descripsi: vt cuiuslibet situs & dispositio: quem ordine retineant in vniuerso: de facili comprehendatur. Quantum vero conferat hic labor meus: ad diuinorum canonum interpretationem & doctrinā capescendam tibi periculum facies chare lector Si huiusmodi studium te oblectauerit.

Explicit prologus.

Partio regionum Terre Sancte adiacentium: Caput primum.

Terra sancta partit Palestina cōtinet totā terrā sanctā & Philistym

Principio sciendū: terrā quā dicimus sanctam: eam eē: que. 12. tribubus partita ē: ab inuictissimo duce Josue: teste libro Josue a cap. 15. vsq; ad. 20. Huius terre: ps vna Regnū Juda nūcupabat: cōtinēs sortē duaꝝ tribuū: Jude & Beniamin: Pars altera: Samarie regnū: q̄ decē tribuū caput: & regni sedes existebat: nūc dcā Sebaste: regnūq; Samarie in scripturis reguū Israel noiat: Inde reges Juda: regesq; Israel processere: post sapientissimi; Salomonis moderamina teste libro tertio regum cap. 12. Utriūq; autem regnum illud cum philisteorum toto dominio est ea quam & sacre scripture: & mundi cosmographi: Palestinam vocant:

vocant: que extat pars Magne Syrie: ficut Lombardia z Tuscia ipsius Italie. Quod vt euidentius pateat: scito plures reperiri Syrias: varie quidē nominatas: Tota siquidem plaga a Tygri flumine vsq; ad Egyptum: cōmuni noie Syria nūcupat: portio ei⁹ prima: Mesopotamia dicit iter Eufratē z Tygrin sita: protenditur in longū ab Aquilone i austrū a monte Tauro ad mare rubrum in se continens has nationes: Parthos Medos: qbus ab Aquilone copulatur Caldea: in qua est illa celebratissima Babilon: locus captiuitatis tribus Jude sub arrogātissimo Nabuchodonosor: ab austro adiacet Arabia vsq; ad mare rubrū: qō illis i locis Sinus arabicus vocat i eadē vt Aquilonē respicit: situat Edissa ciuitas: antiqtus dicta Rages medor hospitiū Thobie maioris ducti i captiuitatē: Afferunt gdā rōnē: qua cōgrue extimāt: hāc partē Syrie: Mesoptamiā appellari: eo. s. qa ē mediās inter aquas: q̄ sunt Tygris z Eufrates. ¶ Secunda Syrie magne pars: Celesyria nomina tur cuius initiū est a flumine magno Eufrate: ad riuum vallanie: cuius descursus ē sub castro Maragd: igredit aūt mare magnū. i. mediteraneū iuxta vallanie villā leuca vna distā tē a p̄dicto castro Celysiria cōplectit Anthiochiā cū suffraganeis vrbib⁹ suis z Laodiciā z Appamiam: aliasq; plures. ¶ Tertia pars est Syria Fenicie: cuius p̄incipiū sumit a riuo Vallanie ex Aglone: protēditurq; cōtra austris: vsq; ad petram inciſam sub monte Carmelo qui locus tempore nostro peregrinorum

Prima Syrie pars: Mesopotamia

Mesopotamia

E

Syria fenicis tertia pars

castrū dr: estq; sub ditione militie tēpli Syria fenicis comprehendit: Maragd: Anteradiū Triptolym Beritum Sydonē Tyrū Achon ⁊ Capharnaum. ¶ Quarta pars: Syria Damasci appellatur: eo q̄ Damascū vt dominij sedē cōtinet: ab alijs Syria Tybanica dr: eo q̄ Lybanus mons deliciosus ⁊ egregius: in ea situat. ¶ Quita pars magne Syrie est palestistina dicta: quā describere intētionis nostre ē. Hāc tamen subdiuidere prius: inutile nō erit.

Palestina in tres diuisa

¶ Igitur palestina in tres portiones partitur: prima est: cuius metropolis est sancta Jerusalē: cōtinens oēs colles ⁊ mōtes eiusdē: cuius extensio ē vsq; ad mare mortuū desertūq; cades berne. ¶ Secunda ē: cuius metropolis ē Cesarea maritima hec amplexat totam philisteoꝝ regionē: originē capiens: a petra incisa: que ⁊ castrū peregrinoꝝ dr: vsq; Gazam philistijm vrbē tendens cōtra meridiem. ¶ Tertia est: cuius metropolis existit Bethsan sup Gelboe mōte cōstructa iuxta ordanem fluuium: Hec antiquitus Sicopolis dicta fuit. Hec proprie Galilea: siue cāpus magnus Hesdrelon qui ⁊ Magedo nuncupat. ¶ Arabia silr in tres partitur: Partis prime Metropolis: est Bosron: q̄ nūc Busereth: olim Bersa eidem copulat ab occasu: Tracōitidis regio ⁊ Ithurea Damascus aūt fere a septētrione: qua de causa Syria Damasci: nōnunq̄ Arabia nominatur: ꝓpter quod Aratha: rex Arabie dictus est: cū tamē rex esset Damasci. Secunde partis Metropolis: ē Petra vrbs: olim Nabath dicta: sup Arnon torrentē sita: pars hec continebat:

D

Arabia in tres

nebat: filioꝝ Amon dominiũ: ⁊ si Ar ciuitas: ex Moab dominio existeret. Itẽ cõplectebat: regnũ Seon Esebon: regnũ Basan: ac Gala ad montẽ copulaturq; prime parti Arabie ab austro. Tertie partis Metropolis est: mons regalis: qui nunc Carach: antiquitus Petra deserti dicta fuit supra mare mortuũ constructa: pars hec cõtinet Terrã Moab quã ⁊ Syriã Sobal: scriptura appellat: ꝯtinet ⁊ totam Idumeã siue Seyr mõtẽ: oẽmq; regionẽ circa mare mortuũ: vsq; cades Berne: ⁊ aquas cõtradictionis: versus rubrũ mare ꝑ altissimas ⁊ ferales solitudines: vsq; ad magnũ Eufratẽ: Hec est Arabie magne pars: i qua: Mecha est ciuitas: detestabilisq; Mahumeth sepulchrũ Hactenus de situ regionũ: Terre Sãcte adiacentiũ: dixerim satis: Aĩaduertasq; deuotissime lector: q̃ a me descripta sunt hucusq;: non ex mea mere snia ꝓcesserũt: sed ex libbro venerabilis: ac doctissimi p̃ris: dñi Jacobi de vitriaco sancte Romãe ecclesie legati i terra sãcta: excerpta fuerũt. Ceteꝝ ad veridicã sicut iã policiti sum⁹: Terre scẽ descriptionẽ: stilũ ꝟtam⁹.

E

Petra deserti Syria sobal Idumea

Mecha sepulchrũ Mahumeth Liber d. Jacobi de vitriaco

¶ Prima descriptio Terre Sancte versus Aquilonem. Cap. 2.

TErrã sanctã: vt ꝓpositũ ẽ: in. 4. portiões diuidimus: q̃tuor celi plagis correspõdẽtes: Ortui: Occasui Arctico ⁊ Antarctico: licet portio eius tota occidua: ad mediterraneũ mar̃ se ꝟtat: Incipiã g̃ prio recta liea: ab Achõ antiqt⁹ Ptholemaida dicta: ꝟsus arcticũ ꝓgrediẽs: vrbes locaq; notiora describẽs: i magni maris. i. mediterranei littore disposita.

Descriptio Achon. §. 2.

¶ Primũ igit̃ dscriptiõis iniciũ sũo ab Achõ: recta linea ꝓcedẽs ꝟs⁹ Tyrũ: ide ad al's vrbes in hac portiõe Aglonari cõtẽtas Achõ ciuitas: munitissima ẽ parietib⁹ turrib⁹ ꝓpugnaculis vallo alijsq; electis defensorijs triangulã sortita figurã more clipei cuius ꝑtes duẽ cingũt̃ mari: tertia planiciẽ respicit: q̃ circũdat̃: planicies illa: latitudinis ẽ triũ leucaꝝ: ⁊ alicubi q dẽ plus: alicubi vero minus: Admodũ fertilis ẽ in agris vineis pascuis: viridarijs: q̃ disoꝝ generũ fructibus sapidissimis ornat̃: est ⁊ munita militia mlta: hospitalis tẽpli: ⁊ dom⁹ theutonice: ⁊ arcubus ⁊ castris: siue fortalicijs: q̃ ad regẽ spectant: portũ tutissimũ ⁊ amplũ: pro locãdis seruãdisq; nauibus hẽt: Sita est i fenicis Syrie ꝓuincia: ab austro habens carmelũ montẽ ad. 4. leucas: ⁊ vrbẽ Layphã nũcupatã i pede eiusdẽ mõtis cõstructã: vltra torrentẽ cyson: vbi sanctus ille ꝓpheta Helyas: idolatras Baal sacerdotes iteremit: postremo scias studiose lector: ꝙ Achon nunq̃ fuit terre sancte anexa: nec Israhelite possederunt eam: ⁊ si in distributione terre ꝓmissionis: tribui Aser designata fuerit: Hec est illa Achon: dicta Ptolemaida: de qua sic legimus in primo lib. Machabeoꝝ cap. x. Et anno cẽtesimo sexagesimo ascendit Alexander: Antiochi filius: qui cognominatus est nobilis: ⁊ occupauit Ptholemaidam: ⁊ regnauit illic.

Achon i Syria phenice

Layphas vrbs

Achon primo Mac. cap. x.

D. Lamperti casalis ⁊ castri sandalij. §. 3.

¶ Ab Achon: triũ leucaꝝ interuallo est casale Lamperti: adiacens mari: sub Saron monte

Saron

constructum

constructum: vineis similiter ⁊ viridarijs fructiferis. fontibus ⁊ fluuijs decoratum: Inde pertransito Saron monte: tribus leucis inuenimus sandalium castrum: ab Alexandro obsidẽte Tyrum: iam dirrutum ⁊ deuastatũ Sed Balduini Jerusalem regis: opera instauratũ: qõ nobilibus indè denominatis tradidit possidendum: Hic prata amenissima: pinguia pascua ficeta olineta vineę flumina viridaria quã plurima existunt De hijs nihil inuenimus in scripturis sacris vtriusq; legis. Sandalium castrum

¶ D. putei aquarũ viuentium: que fluunt impetu de Libano §. 4.

¶ A Sandalij castro per leucam: parũq; super: puteus est ille mirabilis: viuẽtium aquarum: iuxta viam petẽtibus Tyrũ: per iactum arcus cuius aque ex Cantico Salomonis capi. 4. fluunt impetu de monte Libani: Nolo tamẽ te latere studiose lector: etsi puteus singulari numero dicatur vere tamen sunt quatuor eiusdẽ dispositionis: at inequales magnitudine Nã q inter quatuor pcipuus est. 40. cubitor est longitudinis latitudinisq; vt ego ipse metitus sũ: vendicãs sibi figurã tetragonã Tres relig. 25. cubitos obtinent earundẽ dimensionũ parietibus solidissimis: ex lapidib⁹ optimis ⁊ ope indissolubili: circũdati: i altitudine vnius hastę ⁊ amplius In eis adeo agregat aq̃ ⁊ eleuat: vt vndiq; extra parietes defluat: Attamẽ ibi sunt aq̃ ductus: p riuulos dispositi ide descẽdẽtes: tãte pfunditatis tãteq; latitudinis: q̃ta ẽ hois altitudo: cuius rei me ipo piculũ feci ingressus canale quo fluit aq̃ ⁊ pedibus stãs: Deducunt Cant. cap. 4. Puteꝰ in .4. diuisus

sancti Gabrielis: fons quidā: ab incolis summe veneratus: ex quo vt fertur puer Jesus: hauriebat aquā: ministrās dilecte matri suę. Extra Nazareth cōtra austrū: quātum iacere potest arcus quater: est locus dictus saltus Dauid: vbi: pessimi iudei: precipitare tentauerūt Jesum benedictum: vt legimus Luce cap. 4. sed exiens de manibus eoꝝ: statim inuentus est: in latere mōtis oppositi ad iactū arcus ⁊ oculo videnē clarissime: corporis sui lineamenta ac vestigia lapidi impressa: Ex monte hoc: videt mōs Thabor: ⁊ Hermon minor: ⁊ villa Endor: ⁊ Naym: ⁊ Mesdrael: ⁊ fere tota latitudo magni campi Esdrelon.

Iudeꝰ precipitare voluerunt Jesum

D. Montis Thabor. §. 9.

¶ A Nazareth duabus leucis cōtra orientē: est mons Thabor in quo vt legimꝰ Mathei cap. 17. trāsfiguratus est dominus: etiā hodie apparent triū tabernaculoꝝ ruine: q̄ diuus Apostolus Petrus: nesciēs quid diceret pre dulcedine ⁊ habūdātia spiritus: petebat fieri Sūt insup nobiliū edificioꝝ: fortissimarūq; turriū: ⁊ regaliū habitationū destructiōes: in qbus nūc latitant leones vrsi: alieq; diuersi generis fere: ⁊ circa hmōi regie sūt venatiōes: Mons Thabor sublimis ē valde: ac difficilis ascensu: aptissimus tñ p cōstruēdo castro: in basi ipsius mōtis australi cōtra viā Endor: in eo itinere quo est trā situs ex Syria in Egyptū: locus est: vbi fama vlī dī: sacerdotem dñi altissimi Melchisedech occurrisse Abrae reuertēti a cede quatuor regū vt legimꝰ i li. Geii. cap. 14. In basi ciusdē mōti; occidētali ptra Nazareth: pstructa ē capella i eo loco: vbi Saluator descēdēs: discipulos monuit dicēs: Nemini dixeritis vsionē donec

Mathꝰ cap. 17.

Melchisedech vbi occurrit Abrae

filius hois

filius hois amorte resurgat vt legimus Mathei cap.17. In pede ciusdē orientali: decurrit torrēs Lison in quo Barach pugnā cōmissit contra Sisarā ac debellatus est vt legimus Judicū cap.4. Est aūt collectus torrens ille: ex aquis pluialibus defluētibus a monte Tabor z Hermō z Hermon: Decurrit ptra mare Galilee: ingrediturq; illud: iuxta castrum Belucer: quod tam fuit sub ditione hospitalis sancti Joannis.

Mathei ca.17.
Torrēs Lison

D. Endor §.10.

¶ Mōs tabor vna leuca cōtra Eurū distat a villa Endor: in mōte Hermonio sita: nō est aūt mōs perse: sed veluti tumor quidā: procedēs a mōte Hermon. ad montē Tabor: Un imaginandū ē inter montē Hermō z Tabor: nō esse vallē mediā: sed quendā tumorē: deprestiorem quidem: q tumor dicit Hermoniū q̄si paruus Hermon: z hoc insinuat psalmus cū dixit Dauid propterea memor ero tui de terra Jordanis z Hermony a mōte modico In hermonio igit villa Endor sita ē: de qua legimus in psalmo Disperierūt in Endor In Endor habitauit mulier Phitonē habēs: quā cōsuluit Saul vt legimus in.1.regū ca.28. Ad cuius iussionē Samuelē suscitauit: q sepult⁹ fuerat i Ramatha Sophi: duab⁹ dietis distāte ab Endor.

Mons hermonium
Mulier hās Phitonem in Endor .1. regū ca.28.

D. Naym §.11.

¶ Anazareth duabus leucis a mōte Tabor: plus vna leuca cōtra austrū: est mōs Hermō minor: in cuius latere Aglonari ē vrbs Naym: añ cuius ingressū Jesus vidue filiū a mortuis reuocauit vt legimus luce 7. ca. Extēdit hic mōs fere. 4. leucis contra mare Galilee z terminatur non longe: ab eo loco: vbi Jordanis ex mari Galile egredit.

Luce. 7. cap.

¶Descriptio Terre Sancte contra nothum. ¶Caput septimum.

Sexta descriptio sumens initium ab Achō: tendit directe contra Nothum.

D. Torrentis Lison §. 1.

¶Post Achon quatuor leucis: primo occurrit: pars prima Carmeli montis: vbi extat locus: in quo verus dñi propheta Helyas: falsos Baal sacerdotes in torrēte Lison interemit vt legimus in tertio regū cap. 28. Qui ꝛ ibidē: modico spacio: mare magnū igredit: vna leuca ab vrbe Caypha: sed tribus ab Achon: De Torrente Lyson volote nō latere charissime lector: q̄ licet realiter sit vnus: duplicē tñ habet decursuz: Aliqua. n. eius pars decurrit cōtra orientē ad mare Galilee: Aliqua vero cōtra occidentē petit mare magnū .i. mediterraneū: ꝛ hec quidē diuersitas ex eo cōtingit: q̄ mōs Thabor ꝛ Hermō: cū nō multū distēt habent tumorē quendā intermediū: quē diximus supra appellari Hermoniū. i. minorē vel paruuz Hermon in quo situat villa Endor ꝛ tumor: quidē ille impedit: ne aque pluuiales ex vtroq̄ mōte defluentes: ad plagā vnā descendant Sed pars vna petit orientē ꝛ recipit se in mari Galilee: ꝛ in ea pugnā cōmisit Barach cōtra Sisarā vt dicit Judicū cap. 4. Altera vero petit occidentē ꝛ ingreditur mare magnū; ꝛ in ea Helyas Baal sacerdotes necauit in qua confluūt aque multe ex monte Effraym: ꝛ locis propinquis Samarie: ꝛ campo magno Esdrelon: ꝛ monte Caym.

In. 3. regū cap. 28.

Torrente Lyson decursus

Judicū cap. 4.

D. Caymoth §. 2.

¶A loco interfectionis sacerdotū Baal tribus leucis contra Austrum; situat Caymoth castrum in pede.

in pede montis extra heremū Carmeli: vbi Lamech fertur: sagitta Laym iterfeciſſe Dicit enim in libro Gene. cap. 4. occidi virū in vulnus meū. Gene. cap. 4.

D. Magedo §. 3.

¶ A Laymoth ſex leucis cōtra Auſtrū: eſt Magedo: dictū hodie ſuburbe: vbi defunctus ē Ochozias rex Juda: vulneratus a militibus Jehu: vt legimus in. 4. regū cap. 9. iuxta Jezrael in aſcenſu Gaber: qñ Jozā regē Iſrael ſagitta iteremit: cuius corpus proīci iuſſit i agro Naboth Jezrahelite In eodē Magedo peréptus eſt Joas rex Juda: a pharaone rege Egypti: cū proficiſceretur a flumine Euphrate: Et ſcias ſtudioſe lector: cāpū Magedo ⁊ Eſdrelō ⁊ planicié Galilee ⁊ Magedā: idē eē: licet diuerſimode noiatū Eſt ātirei veritate cāpus Galilee: q cingit mari Galilee ⁊ Jordane Ab Auſtro aūt mōte Effraym ⁊ Samaria: Ab occidēte partim mōte Effraym ⁊ mōte Carmelo: Ab aquilone montibus Phenicie ⁊ Libano in longitudine eſt fere. x. leucaꝝ in latitudine ſex ⁊ amplius In partibus Aglonis fertilis ē ſupra modū: exuberās frumēto vino oleo: oībuſq; mundi bonis: adeo q regionē meliorē: credo me nō vidiſſe: ſi exigētibus demeritis noſtris: non detineretur in manu prophanoꝝ infidelium.

D. Meſre ⁊ Fabe caſtri §. 4.

¶ A mōte Laym contra oriētem duabus leucis: occurrit Meſra Caſale in torrēte Liſon: p leucā vnā a pede mōtis Hermō: ex Meſra ꝓtra Auſtrū leuca vna eſt caſtrū denoiatū Faba in cuius latere occidentali: extra viam: qua eſt tranſitus in Jezrael ad dextram demonſtrantur ruine ciuitatis affech quantum arcus ter iacere poteſt: Ubi Si-

ti pugnantes contra Achab regem Israel ⁊ de-
In.3.re victi: dixerunt vt legimus in.3.regũ cap.20. Dij
gũ cap. montiũ sunt dij eoꝝ: pugnemus cũ eis i vallibus.
.20.

D. Sune §.5.

¶ Ex Affech leuca vna contra oriẽtẽ ad sinistrã: extra viam Iezrael in latere australi mõtis Hermõ est Suna vrbs quam frequẽtare solitus era Helyseus: ꝓficiscẽs ex Carmelo in Galgala: erat siquidẽ planior via tendenti in Iericho: vbi cũ prophetaꝝ filijs morabat: procedẽs de Carmelo per Sunã in Bethsameth: inde ꝑ cãpestria Jor-
In.4. donis vsq; in Galgala Unde ⁊ in.4.libro reguꝫ
regum legimus: ꝙ cũ disponeret petere fluuiũ Iordanẽ: necesse illi erat per Sunã agere transitum: ⁊ propterea eam frequentabat: Ex Suna: fuit sunamitis illa: cuius filiuꝫ Helyseus suscitauit in cuius
In.4. domo transiens hospitabatur vt legimus in.4.
regum libro regum cap.4. Ex eadem fuit Abisaach Su-
cap.4. namitis que Dauid senescenti ministrabat vt le-
In.3.re gimus in tertio regum cap.1. Ibidẽ castramenta-
gũ c.1. ti sunt Philistijm ⁊ Saul venit in galgala.

D. Bethsan §:6.

¶ Ex Suna.11.leucis contra orientẽ fere: parũ tamen declinando ad Austrũ ẽ Bethsan vrbs inter montẽ gelboe ⁊ Iordanem sita: distans tamen a Iordane media leuca: In cuius muro vt legi-
In.1.re mus in primo regum capit.31. Philistijm suspen
gũ c.31. derunt corpora Saulis ⁊ Ionathe qui in prelio corruerunt in monte Gelboe Dicta est aliquãdo Sicopolis: vt scribit Josephus: nunc autem ab omnibus Bethasan nuncupatur: Est enim locus deliciosus valde: Supe Bethasan est mons gelboe extendens se contra occidentem

per.11.leucas

per.xj.leucas vsq; Jazrael: vbi est fons patentissimus: dictus fons Jezrael: vbi ꝛ Philistym dispoſuerunt castra: cum eſſent Saul ꝛ exercitus eius in mõte gelboe iter Bethſan ꝛ ipm fontẽ.

D. Jezrael. §. 7.

¶ A fonte prefato: ad iactum arcus: in loco aliquantiſper eleuato: ſituata fuit Jezrael vna vrbiũ regaliũ in regno Iſrael: nũc aũt uix. 20. domunculas, habet diciturq; Larethy: ꝛ eſt in baſi montis Gelboe ad occidentẽ: ante cuius ingreſſum adhuc ager oſtẽdit Naboth Jezraelite: que innocentẽ lapidibus obrui iuſſit maledicta Jezabel vt legimus i. 4. Regũ cap. 9. Jezrael pulcherrimi eſt proſpectus: per totam Galileam vſq; Jn. 4. Reguꝫ Carmelũ ꝛ mõtes Phenicie mõtemq; Taboꝛ cap. 9. ꝛ Galaad vltra Jordanẽ ꝛ totum montem Efraym: Item a mõte Galaad verſus Jezrael in latere ſeptentrionali montis Gelboe: eſt via valde plana: a Jordane p Hermõ ꝛ Salin vbi erat Joannes baptizans: ꝛ per hãc profectus eſt Jehu de Ramoth galaad: cum ſpeculatoꝛ dixit video ego globum vt legimus in. 4. Regũ. cap. 10. Jn. 4. Reguꝫ cap. 10.

Deſcriptio Diſpoſitionis Montis gelboe ꝛ Hermon. §. 8.

¶ Mons gelboe ꝛ Hermon ſic diſpoſiti ſunt: vt gelboe ſit ab auſtro ꝛ Hermon ab Aquilõe: duarum leucarum ſpacium mediat iter eos longitudo eorum. 11. leucis protenſa ab oriente in occidentem: vterque ab oriente terminatur in Jordane. In planicie intermedia plures ꝛ duri conflictus acciderunt Ibi enim gedeon debellatus eſt Madian: vt patet in libro Judi- Judicũ cap. 7.

cum Philistijm: Et Achab cum Assirijs: Moder nis ét diebus Tartari cũ Sarracenis: Et aduer te: q̃ extat mons alius supra regionẽ Traconiti dem iuxta montem Seyr: qui est longe maior ꝛ excelsior hoc mõte Hermõ prescripto: ꝛ ille in multis scripture locis: appellat mons Hermon vnde patet tres esse mõtes Hermon: vnus quidẽ ꝛ maior: supra regionẽ Traconitidẽ: secundus vicinus monti Gelboe: tertius paruus qui dicit hermonium: de quo supra actum est: ꝛ diximus esse tumorem quendam inter montem Tabor ꝛ Hermon secundum.

Tres mõtes Hermon

D. Conuallis illustris. §. 9.

¶ In planicie media inter Gelboe ꝛ Hermon: incipit conuallis dicta illustris ex sui amenitate ꝛ pulcritudine: de qua est mentio i libro Geneseos cap. 14. Extenditur aũt: a planicie hac: per totũ defluxum Jordanis vsq; ad mare mortuũ: Sed ꝛ ipsum: ante subuersionẽ Sodome ꝛ Gomorre contentum fuerat in cõualle illustri que aquis irrigabatur veluti paradisus ꝛ Egyptus.

Genesis capi. 14.

D. Si in Gelboe cadit ros. §. 10.

¶ Credunt nõnulli ꝛ predicant: super Gelboe: rorem non descendere. eo q̃ Dauid miseratus obitum Saulis ꝛ Jonathe illic interfector̃ imprecatus est ei in hys verbis (vt legimus in secũdo Regum capi. primo) Montes Gelboee nec ros nec pluuia cadant super vos: vbi ceciderũt fortes Jsrael. At certe hoc non est verum nã in festo diui Episcopi Martini: montẽ ipsum ascẽdi: ꝛ adeo pluit: q̃ vsq; ad carnẽ madefactus descẽdi insup eadẽ Vallis inundauit descẽdetib⁹ aquis. Alio insuper tẽpore: sup ipsum Gelboee:

In .2. Regũ capi. 1.

dormiens

dormiens sub diuo cū alijs multis: roze perfusi fuimus supza modū: z id quidē cōtigit in oūm sanctoz festo anno salutis. 1283. Est tamen vez q eiusdem quedam partes saxose: aride: sunt z steriles: sicut z alij Israel montes. Anno salutis 1283

D. Gilim opidi. §. 11.

¶ Ab Jezrael quatuoz leucis contra austrum est gilim opidū: munitū quidem sed collapsum: in pede mōtis Effraym situm: vbi Samaria iniciū: z galilea terminum sumit: Ex gilim vsq; Jozdanē: septem circiter leuce mediant cōtra oziētem: z parti illi iungit ab austro: regio Naphe i qua extant montes excelsi valde.

D. Sebaste que olim Samaria. §. 12.

¶ Ex gilim quinq; leucis contra austrum tendidimus Sebasten quondā dictā Samariā caput x. tribuū: z sedes regū Israel. Que cū gloziosa nimis esset peccatis inhabitātiū adeo defecit: vt nec vnā habeat domū duab⁹ ecclesijs exceptis: que in honoze diui Baptiste Joannis cōstructe fuerūt vez principaliozem: que z catedralis sedes erat: Sarraceni in Mahumeā cōmutarunt in qua turpissimū Mahometh venerant. In ea est eiusdem diui Joannis sepulchrū: marmoze excisum: ad instar sepulchri Saluatoris nostri: i quo idē sanctus inter Helyseū z Abdiā pphetas cōditus fuerat Ecclesia hec: structa est in latere mōtis in descēsu: Saraceni diuū Joannem precipua deuotione colunt post Christum z beatissimā virginē: de ipso alta sentiētes: Asserūt. n. z cōfitent Christū vere filiū dei: nō tñ deū: Beatam virginē de spiritu sancto cepisse: virginem peperisse: z virginem permansisse: Joannē autē Due ecclesie i Samaria Sarraceni Sanctos venerant

dicunt maximum ⁊ sanctissimum pphetaꝝ Mahomet dei nunciū: ⁊ ad seipsos tātū: destinatum fuisse hec vidi ⁊ legi in Alcorano q̄ est liber falsę legis tradite a maledicto Mahometh: Altera ecclesia extat in mōtis supcilio vbi ⁊ regis palatiū constructum fuerat: Hāc inhabitant greci monachi Christiani: q̄ summa humanitate me receperunt: ⁊ necessaria ministrarūt In ecclesia ipsa: ostenderūt locum: in quo credunt ⁊ dicunt Baptistam: carceri mancipatum: ⁊ in eodem ab Herode decollatum quod quidem vt friuolum respuo: Nam Josephus: ⁊ sanctorum legende ⁊ magister in historijs: ⁊ historia ecclesiastica: commuui ⁊ cōcordi assensu scribūt eum in Macherunta: nūc Aylon dicta que vltra Jordanem sita est: ⁊ ego vidi: fuisse decollatum Preterea Herodes ille: qui diuū Joānem decollauit Tetrarcha existebat Galilee: ⁊ regionis trans Jordanem: que quidem est terra Galaad: siue duarum tribuum ⁊ dimidie: quā eis distribuerat fortissimus Josue: ante transitum Jordanis ex consequenti nullam potestatem exercere poterat in Samaria Subiciebatur enim Pylato procuratori sicut Jerusalem ⁊ iudea: ergo Joanem ibi: nec carceri addixit: nec vita priuauit quia nullum ius in Samaria habere potuit: Decollato tamen eo in Macherunta: discipuli venerunt vt legimus Marci. 6. cap. tuleruntq̄ corpus eius: ⁊ sepelierunt in Samaria inter prophetas predictos: Caput vero eius est Jerosolimis: Tam grandes ruinas in toto Terre Sancte circuitu: quantas in Samaria: non vidi cum tamen magnas ⁊ multas viderim: dignas quidem deplo-

Vbi Baptista decollat

Baptiste sepulchrū est in Samaria

ratione

ratione: Nec fuit illius dispositionis Samaria: qualem sibi attribuit magister in historiis super verbum illud in. 4. regum cap. 13. Si sufficere potuerit puluis Samarie: pugillis populi qui sequitur me: Videt enim magister sentire: parietes vrbis & montis superficiē: fuisse equales: & desuper edificia constructa: Quod non sic erat: imo parietes in basi ipsius montis constructi fuerant: turribus fortissimis muniti: mons aūt interius in altū paulatim cōsurgēs: ex oi parte edificijs circūseptus: sicut botrus: paulatim crescēs i acumine In mōtis cacumine regio speciosa nimis erat vbi & ad huc videnť columne plures marmoree: qbus deambulatoria palatia suffulciebāť In circuitu mōtis inferius: sub regia habitatione: ac sub edificijs nobiliū in loco vbi platea comunis siue fori rerum venalium reperiuntur marmoree columne: que platearum testudines sustentabant: platee siquidem ciuitatis: iuxta morem Terre Sancte: testudinate erant: vt verbo concludam: nescio: qd magnificentie & fortitudinis & decoris Samarie deficeret: quetiā nūc adeo defecit: vt in rei veritate facta sit hortus olerū: sicut eius rex ipsius Achab: de vinea Naboth Jezrahelite: hortū facere voluit eo q̄ proxima esset domui regie & iusto dei iudicio: non solum vinea Naboth: sed & Palacium regium: i hortos est cōmutatū Samarie situs: pulcher nimis erat: Ab ea enim est prospectus: vsq; ad mare Jopes: & antipatridam & Cesaream palestinam: per totum quoq; montem Effraym vsq; Ramatha sophin: & vsq; Carmelū: Regio ipsa exuberat fontibus hortis olīuetis: bonisq; omnibus: quibus indiget mundus iste.

Jn. 4. regum: ca. 13.

Dispositio Samarie

Situs Samarie q̄ pulcher

D. Tarse §. 13.

Reges Jfrael

¶ Ex Samaria tribus leucis contra orientē: cōstructa est ciuitas Tarsa in monte sublimi: in qua aliquanto tēpore regnauerūt reges Jsrael ante constructionē Samarie. fuitq; in sorte Manasse.

D. Tampne. §. 14.

¶ Ex Tarsa sex leucis contra orientē: in via qua tenditur ad Jordanem est terra Tampne: que inter ceteros montes habet vnum valde sublimē: hec quoq; fuit de tribu Manasse: & protenditur vsq; campestria Jordanis & vsq; Macherunta.

D. Montis Bethel & Dan §. 15.

.3. regū cap. 12.

¶ A Samaria duabus leucis contra Austrum iuxta viam: que ducit Sychen distat mons altus dictus Bethel in quo Jeroboaz filius Nabat cq peccare fecit Jsrael statuit vnum ex vitulis aureis: vt scribitur in tertio regum cap. 12. Sarraceni dicunt locum hunc Bothil nescientes proferre Bethel: Jnde ad mediam leucam ad sinistram est mons alius: prior altior appellatus Dan: supra vrbem Sychen Jn hoc monte Jeroboaz dicauit alterum vitulum aureum: vt scribitur in tertio regum capi. 12. Sunt tamen qui dicunt: vitulum illum constitutum fuisse in ciuitate Dan: que nunc Celenas siue Cesarea Philippi nuncupatur & id magis placet diuo Jeronymo: eligat quis quod voluerit mihi sat est: montem hunc appellari Dan.

Vituli aurei .3. regū cap. 12.

D. Sichen §. 16.

¶ Jnter montes Bethel & Dan: sita est vrbs Sichen: hodie Neapolis dicta amenitate nimia & delicijs habūdans: tamen immunita nec muniri pōt: nihilq; aliud superest: nisi q accedētibus inimicis ad

micis ad portã: habitatores fugiãt p alterã si pau
ciores ꝛ impotentiores fuerint: Sichen edifica
ta fuit a Jeroboam: fuitq; prima sedes regni sui:
postq; constitutus fuit rex super .10. tribus sic .n.
leginus in tertio regum cap. 12. Edificauit autẽ .3. regũ
Jeroboam Sychen ꝛ habitauit ibi. cap. 12.

D. fonti; Jacob: ꝛ mõtiũ garizim ꝛ Ebal §. 17.

¶ A porta Sichen australi quantum bis iacere
posset arcus est fons Jacob super quem fatiga
tus exitimere vt legimus Joãni; cap. 4. sedit Je Joãni
sus petiuitq; aquã a Samaritana: fons ipse esse cap. 4.
sus est in via qua tẽdimus in sanctã Jerusalẽ: Su
pra fontẽ ad dextrã mõs est excelsus: duo habẽs
capita: quoꝝ vnũ: mons garizim alteꝝ: mõs Ebal
nuncapat ibi Josue edificato altari: audiente po
pulo recitauit totũ Deuteronomiũ ✠ Doysi: Sic
.n. leginus in li. Josue ca. 18. ✠ Edia pars ppli Josue
stabat iuxta monte garizim ꝛ media iuxta monte cap. 18.
Ebal: ꝛ cũcta q̃ scripta fuerãt in legis volumine
replicauit Josue coram oi multitudine Israel.

D. ✠ Phani Jouis hospitalis §. 18.

¶ Super monte garizim adhuc ostenditur vetu
stissimi phani locus: qõ quidem sub titulo Jouis
olympij hospitalis constructũ fuerat ad instar tẽ
pli Jerusalẽ: a Senabarach duce regionis trãs
Jordanẽ vt deferret genero suo: sceleste manasse
regi Israel qui cum non esset destirpe leui: voluit
summum pontificatum ꝛ sacrdotij officũ exer
cere: Templũ hoc vsq; ad destructionẽ p Roma
nos: seruatũ fuit: ✠ Dontem garizim ꝛ templũ il
lud creditur voluisse signare Samaritana cum
dixit Saluatori: patres nostri in monte hoc ado Joãni;
rauerunt Joanne cap. 4. 4 cap.

D. Antique Sichen §. 19.

¶ Ad sinistrā fontis Jacob: oppidū est magnū q̄dē sed desertū ⁊ dirrutū qō creditur fuisse illa Sichen antiqua de qua legimus in lib. Geñ. cap. 37. q̄ Jacob habitauit in Sichē: vbi ⁊ filij sui pascebāt greges qñ missus est ad eos Joseph: Illic adhuc sunt dirruta edificia marmorea: mirādeq̄ cōlūne: ex q̄bus arguimus: q̄ gl̄iosa fuerit Locus q̄dē amenissimus est ⁊ fecundus valde: nisi quod aquis fluuialibus caret: ideo necesse fuit Jacob: effodere puteū magnū vt sufficeret habitātibus ⁊ pecorib⁹: Indigene mihi dixerūt locū illū nūc Istar ab eis appellari: Distat aūt ab istar: ea quā diximus nūcupari Neapolis iactu duoꝝ arcuū: ⁊ in hac Neapoli estimo fuisse oppidū Thebes.

Sichen antiqua nunc istar

Gene. ca. 37.

D. Predy Joseph §. 20.

¶ Fonti Jacob adiacet p̄diū: qō dedit Jacob: filio suo Joseph: extra fratres suos de quo sic legimus in lib. Gen. ca. 48. Dixit Jacob: filio suo Joseph Do tibi ptē vnā extra frēs tuos: quā tuli de manu amorrei i gladio ⁊ arcu meo: p̄diū illud: vallis ē lōga: admodū fertilis ⁊ amena: ⁊ nescio vallē eque grādē i delicys illi similē In Sichē sepulta sūt ossa Joseph: aducta de Egypto: Sic. n. aduruerat frēs suos: vt scribit Ge. ca. vlti. Qō aūt i Sichē recōdita fuerit testat liber Josue c. 24.

Gene. ca. 48.

Gene. ca vlti.

Josue ca. 24.

D. Lebne §. 21.

¶ Ex Sichen. 4. leucis iuxta viā tendendo Jerusalem sanctam ad dextrā est Lebna: Lasale q̄dē pulch: ū valde: Dico aūtē Lasale: qñ alia est vrbs Lebna in tribu Juda: quā expugnauit Josue: Sic enim leginus in libro Josue cap. x: Trāsiuit Josue cū omni Jsrael de Maceda i Lebna ⁊ pugnabat

Josue cap. x.

z pugnabat contra eam: quā tradidit dñs cū rege suo i manus suas pcusserūtq; vrbē i ore gladij.

D. Magnas opidi. §. 22.

¶ Ex Lebna gnqz leucis cōtra austrū: est opidū Magnas: nūc ät nuncupatum Bira: fuitq; hijs diebus sub ditione milicie templi: iuxta latus eius australe: locate sunt methe iter tribum Effraym z Beniamin.

D. Babaa Saulis. §. 23.

¶ Ex Magnas vna leuca cōtra austrū: est Babaa Saulis: in qua vt legimus in lib. Judicum: cap. 20. oppressa est vxor illius leuite proficiscentis ex Bethleem: ppter cuius vltionem fere tota tribus Beniamin deleta est vt patet in libro Judicum cap. 21. In Babaa ortus est Saul primus rex in Israel. Judicum cap. 20. Jndicum cap. 21. Saul vni natus est

D. Rama. §. 24.

¶ Ex Babaa: spacio vnius leuce contra austrū: est Rama i mōte cōdita ad sinistrā: eūti Jerusalē: nō lōge extra viā. De hac credit dictū fuisse illud Jeremie cap. 31. Vox in rama audita ē: Nolo. n. te ignorare studiose lector: in terra sancta: plures fuisse rama prima iuxta Thecuā: via qua tendimus i Ebron. 2. in tribu Neptalim prima castro Sepheth. 3. iuxta Sephor. 4. est in Sylo. 5. est iuxta Babaa: z de hac nūc est sermo: oēs qdē in hoc conueniūt: q i collib⁹ altis structe existunt ex hac rama: vltio dicta: trib⁹ leucis ptra austrū: est vrbs scā Jerusalē: quā ad pūs ptereo: vtile ē. n. redire p Sychē: z prio vrbes illas colligere ō angulo mōtis Effraym: ac resumere que dimisi. Jere. cap. 31.

D. Emon z Phaselli. §. 25.

¶ Post Sychen contra orientem: processu ad

Helyas pascitur i corno 3. Regum capi. 17.

Iordanem: quatuor leucis est Emon opidū grande: ameno loco cōstructū: oibus mūdi bonis habundans: fuitq; de sorte Effraym: Trib⁹ leucis a Iordane est Phasellū casale in campestribus: vbi torrēs Carith decurrit ex monte In Carith precepto dñi Helyas pascebat a coruis: Sic. n: legimus in. 3. Regū cap. 17. Sedit Helyas i torrente Carith: q est ptra Iordanē corui quoq; deferebāt ei panē ⁊ carnes mane ⁊ vespere.

D. castri Doch. §. 26.

¶ Post Phasellū ad sinistrā vna leuca: versus terra Tepne: est castrum Doch: vbi Theophilus dolose detinuit ⁊ interemit Simonem machabeū: Ex hoc loco plene videtur terra galaad ⁊ duaꝝ tribuum ⁊ dimidie: terra Esebon: montes moab: mons Abarin ⁊ Phasce ⁊ Nebo: ⁊ descēditur in cāpestria Iordanis: suntq; deinceps loca plana vsq; iericho: ⁊ vltra p totum decursum Iordanis: vsq; ad mare salinarū mōtes et Abarin ⁊ Phagor ⁊ Phasca ⁊ Nebo: sūt directe cōtra locū hūc vltra Iordanē: Scias insup q ab ortu Iordanis sub Libāo: vsq; ad solitudinē Pharan fere p cētū miliaria: ipse Iordanis i vtroq; littore: cāpos habet latos ⁊ amenos: qui retro circundantur altissimis montibus.

D. Galgale. §. 27.

¶ Post phesech fere cōtra austrū: paululū tñ cū declinatione ad occidentem quinq; leucis est: locus dictus galgala: i quo vt legimus i lib: Iosue cap. 5. filij Israel circūcisi sunt pcepto Iosue: ⁊ postq; oēs circūcisi fuerūt: castrametati sunt illic mltis die⁹ trāsito Iordane: ⁊ ppea vocatū ē nomen loci illius galgala vsq; in presentem diem.

Iosue cap. 5.

D. Quarantane

D. Quarantane. §. 28.

¶ Ex galgala ad dimidiã leucam tendẽdo in Jericho ad dextrã iuxta viã est mons dictus quarãtana: vbi mũdi Saluator quadraginta diebus ꝛ noctibus: cibũ nullũ sumpsit: Altus est nimis: ꝛ ascensu difficilis. Temptatus autẽ fuit in alio mõte qui duabus leucis distat a quarãtana: supra i deserto: a latere australi Bethel ꝛ Hay.

D. Fontis Helysei. §. 29.

¶ Sub quarãtana fere iactu duoꝝ arcuũ oritur fons Helysei: cuius aquas cũ essent amare ꝛ steriles: dulcorauit Helyseus imissione salis: sic. n. legimus i li. 4. Regũ cap. 2. Egressus Helyseus ad fontẽ aquaꝝ misit i eis sal ꝛ ait: Hec dicit dominus sanaui aquas has: ꝛ non erit vltra i eis mors neqꝫ sterilitas: Fõs ille decurrit iuxta galgalã a pte australi ipellitqꝫ mollẽdinã: deide in riuos diuisus: irrigat canamellas ꝛ hortos: demũ i Jordane se recipit Juxta galgalã cõtra austruꝫ: ad dimidiã leucã: ẽ vallis Achor: in qua iubẽte Josue idẽ Achor: lapidibus obrutus est ꝓ expiãdo furto anathematis: vt legim⁹ Josue cap. 13.

4. Regum capi. 2.

Vallis Achor Josue cap. 13.

D. Jericho. §. 30.

¶ A galgala cõtra oriẽtem leuca vna: distat Jericho vrbs qdẽ quõdam sublimis: nũc aũ vix. 9. domos habet: nec meret dici parua villa: oiaqꝫ monimenta sanctoꝝ locoꝝ: penitus deleta sunt Ex Jericho duabus leucis extat capella diuo Baptiste dicata vbi creditur Saluator fuisse baptizatus: Opinantur tamen quidam iuxta Balym: id actum fuisse: sed Ecclesie solemnitas contradicit: gesta in Jericho satis nota sunt: ideo ea non describo.

Saluator vbi baptizatur

D. Bethagle. f. 31.

¶ Ex Jericho duab⁹ leucis iuxta mare mortuū: est Bethagla vbi Joseph ⁊ fratres deducentes ex Egypto corpus patris Jacob: planxerunt septem diebus: vt legimus Genesio cap. 50. propterea vocatus ē locus ille Bethagla. i. domus planctus. Distat autem leuca vna a Jordane; ⁊ ibi inhabitant monachi greci.

Genesis capi. 50.

D. maris mortui siue Lacus Aspalti. f. 32.

¶ A Jericho tribus leucis: similiter a Jordane: ⁊ capella diui Baptiste distat mare mortuū: qđ ⁊ Lac⁹ aspalti. i. bituminis vl' mar salis nūcupari solet: Diuidit qdē Arabiā ⁊ Judeā estq; i littore ei⁹ orientali: terrā Moab ⁊ Amon: ⁊ mons Seyr: de qbus actū est supra: extenditurq; vsq; Lades berne ⁊ desertū pharan. Ostendit circa mediū eius in orientali littore castrū Monichal: qđ antiquitus: petra deserti: nūc aūt Charach dicitur: monitum valde Balduinus. n. rex Jerusalē edificauerat pro Jerusalē regno dilatando: At nunc soldanus detinet: ⁊ in eo reponit thesaurum Egypti pariter ⁊ Arabie: quem exigit a sibi subiectis.

Castrū monichal petra deserti

D. Ariopolis. f. 33.

¶ Ex Charach tribus dietis cōtra vulturnū est Ariopolis: dicta nūc petra: metropolis totius seqūde Arabie de actū est supra: olim tñ Ar nuncupata fuit: eratq; in torrente arnon cōdita: in confinijs moabitaꝝ ⁊ amorreorum. In eodē littore est locus: ex quo Balaam populo dei maledixit.

Balaā maledixit populo dei

D. Segor. f. 34.

¶ Post Jericho ptra austrū est Segor opidum: in eo

In eo saluatus est Loth qñ dominus sodomam subuertit Sic enim legimus Geñ. cap. 19. festina ⁊ saluare ibi: idcirco appellatũ est nomen loci illius Segor Situ est aũt sub mõte Engadi: iter qđ ⁊ mare mortuũ est statua salis: in quã cõuersa est vxor Loth vt patet Gene. ca. 19. Quã vt videre: ingentes subij itinerũ labores: sed nec desideriũ meum complere datum est Retulerũt siquidem mihi incole: locum esse inaccessibilem vel saltem non sine periculo mortis: propter feras immanes ⁊ serpentes precipue vero propter Beduinos: qui loca illa inhabitant inhumani: ⁊ pessimorum morum.

Gene. cap. 19.

Vxor Loth i statuaz salis

D. spatij ⁊ mirandarum conditionum maris mortui §. 38.

A

¶ Mare mortuum habet in latitudine ab oriẽte ad occidentẽ: leucas. 30. In lõgitudine aũt ab aq̃lone ad austrum: assertione Sarracenoꝝ a q̃bus diligẽter pcũctatus sum: habet quinq; dietas Josephus autem scribit: ipsum continere in longitudine stadia. 586. quod magis verum reputo credit̃ a non nullis ipsum continuari cũ mari rubro: propter aquas illas: que in libro Exodi: aque Marath nuncupantur: qđ ⁊ mihi suadere conatus est Jerosolimitanus Patriarcha grecus: terre illius sedulus inuestigator Uer̃ an sic se habeat: icertũ relinquo: neq; n. psonaliter vsq; illuc procedere valui: Mare mortuũ semper est fumãs ⁊ tenebrosum sicut os inferni: Oculis meis vidi simul cũ alijs pluribus socijs pp teterrimus ⁊ malũ vporẽ ex mare mortuo fumantẽ: vallis illa que i Geñ. ca. 14. illustris dicta est ⁊ vere sic erat a termino huius maris apud desertum Pharan

Patriarcha Jerusalem

Vallis illustris Gene. ca. 14.

vsq; supra Jericho media dieta: sere sterilis ⁊ inutilis reddita est: ita vt nec germen producat aliquod: in sui latitudine: que aliquando est quinq; aliquando sex leuca⁊: preterq; iuxta Jericho vbi canamelle: ⁊ horti: ⁊ viridaria irrigant fonte Helisei ⁊ hoc quidem prouenit ex certo dei iudicio: qui tot annorum seculis: peccatum vlciscit Sodomorum: vt etiam regio ipsa penas luere videatur A dextris insuper ⁊ a sinistris montes steriles sunt ⁊ aridi vel barbare habitationis p multa ⁊ longa terrarum stadia: ad que impellere veto vapor ille pertingere contingit Dicunt nō nulli Jordanem aquas suas in hoc tremendo ⁊ fetido mari non permiscere: sed priusq; mare ipsum attingat: sub terra se recipere: Attamen Sarraceni asseruerunt mihi ipsum quidem ingredi mare: sed ⁊ exire: ac interposito modico interuallo ab egressu sub terra ablorberi: Exercescit mare mortuum aliquando resolutione niuium ex Libano aliisq; montibus: aliquādo inundatione Jordanis ⁊ torrentis Jaboth ⁊ Arnon ⁊ Zareth aliquando pluuijs defluentibus in galilea in monte galaad in terra amorri in terra Moab ⁊ Seyr ex quibus omnibus pluuiales aque in Jordanem descendunt: ⁊ demum mare mortuum ingredūtur: Inuenitur in mari mortuo bitume collectū: ex eius fundo ascendens: quod vento agitante congregatur adinuicem: appulsumq; littoribus extrahitur: est medicinale vi: tuosum: ⁊ valde durum: nec soluitur nisi mestruo sanguine dicitur q; gluten Judaicum Unde mare ipsum: Lacus asphaltites appellatur Dicitur in Genesi cap. 14. q valtis illustris: que nunc est mare salis: puteos multos bituminis

Bitumē maris mortui

Genes ca. 14.

tos bituminis habebat: ꝛ hodie etiã plures sunt in littore maris dispositi: quos vidi ego: estq; iuxta quemlibet pyramis erecta: ꝛ hec de mari mortuo dicta sint.

D. May §. 36.

¶ Supra Galgala in mõtanis cõtra occidẽtẽ tribus leucis in pte occidẽtali quarantane vrbs est May: quã Josue vt legim⁹ i eiusdẽ li. ca. 8. postq; expugnauit: succẽdit igni interfecto eius rege cunctisq; habitatoribus: ꝛ fecit eã in tumulũ eternũ. Josue cap. 8.

D. Bethel §. 37.

¶ Ex May ad leucã vnã fere ꝓtra aquilonẽ: paulum tñ declinãdo est Bethel ciuitas: que prius Luza vocata est: vt legimus Gene. capi. 35. hec ẽ in tribu Beniamin: vbi Jacob ꝓficiscens in Mesopotamiã fugiens Esau fratrẽ suũ: lapidẽ capiti supponens obdormiuit viditq; in somnijs scalã: ꝛ angelos ascendẽtes ac descendẽtes ꝛ erexit lapidẽ in titulum: appellauitq; nomen loci Bethel. i. domus dei Errant qui credũt Bethel hãc: esse in Jerusalem: Nã eo tpe Melchisedech i Jerusalem regnauit: eratq; vrbs gloriosa: Si ergo Bethel in Jerusalẽ extitisset: non vtiq; esset vex Jacob dormisse in cãpo Preterea hodie in hoc Bethel oñdit lapis erectus in titulũ ꝛ sepulcrũ Delbore nutricis Rebecce subtus in valle: q̃ tñ cõstat nõ esse in Jerusalẽ ꝛ qui hec dicũt: in alio nõ habent fundamententũ: nisi in quibusdã versibus: q nullius sunt auctoritatis. s. Solima: Luza: Bethel: Jerusalẽ Jebus: Helia. Urbs sacra Jerusalem: dicit atq; salẽ: Vex a sic dicentibus: vel lẽ erudiri in quo loco veteris vel noui testamẽti: testimoniũ reperiũt Jerusalẽ dictã fuisse Luzã vel Bethel nõ ẽ in Jerusalem

Bethel nisi forte velint: templũ Bethel. i. domũ dei appellare: sed est in equiuoco laborare: hoc enim sensu: oĩs ecclesia dici potest Bethel: prete rea sup illud Gene. cap. 13. Reuersus Abraã p iter quo venerat in Bethel: glosa diui Jeronymi: q locũ ipsum visitauerat: sic habet Bethel ciuitatiuncula est: duodecimo ab Jerusalẽ lapide. i. miliari (In termino .n. cuiuslibet miliaris in signũ statuebatur lapis erectus) in tribu Beniamin ad dextrã euntibus Neapolym q̃ prius Sichẽ: iuxta Luzã: q̃ ẽ in tribu Effraym: ⁊ ꝓxima diuisio inter Beniamin ⁊ Effraym: in medio eius transit A Bethel ad leucã vnã contra aquilonem: versus Rama: que ⁊ Sylo dicta fuit est Palma delbore de qua sic legimus i libro Judicũ ca. 4. erat aũt Delbora prophetes vxor lapidoth: q̃ iudicabat populum illo tempore ⁊ sedebat sub palma: que nomine eius vocabatur: hec misit Barach ad debellandum Sisaram in monte Tabor.

Palma delbore

D. Anathot §. 38.

¶ Ex Bethel duabus leucis: cõtra aquilonẽ: ab Jerusalẽ leuca vua: nõ lõge a Rama Beniamin est anathot viculus sacerdotũ: ex quo Jeremias propheta oriũdus extitit Vñ sic legimus i argumẽto sup Jeremiã: Jeremias anathotites q ẽ viculus trib⁹ a Jerosolimis distãs miliarib⁹: Juxta Anathot iter oriẽtẽ ⁊ austrũ: icipit solitudo illa q̃ mediat iter Jerusalẽ ⁊ Jericho: nũc desertũ q̃rãtane dictũ: extẽditurq; supra Galgalã: ⁊ vsq; ad desertũ ꝯtra Thecuã ⁊ Engadi iuxta mar̃ mortuũ:

In arg. sup Je.

D. Vinee balsami in Engadi §. 39.

¶ Supra mare mortuum in littore eius occidentali de Segor leuca vna est ascensus montis Engadi:

tis Engadi: in quo Dauid latuit ex primo Regum cap. 24. Cum insidiaret ei Saul: in circuitu ipsius mõtis ⁊ in ipso vinea balsami consita erat: sed Herodis magni tempore Cleopatra Egipti regina: in odium ipsius Herodis fauente sibi Antonio transtulit cã in Babiloniã Egypti: ⁊ nõ colitur in Egypto vinea illa nisi a christianis rigatur: aqua fontis: in quo fama ẽ beatissimã virginẽ: sepe infantẽ Jesum lauisse: cum fugisset propter Herodẽ in Egyptũ: Sunt tamen adhuc surculi vinearum valde nobiles in Engadi: vt ad litterã verificetur quod scribitur in Cãticis cap. primo Botrus Cipri dilectus meus mihi: in vineis Engadi: Verum sarraceni nõ colunt illas ⁊ Christiani non habitãt illic: qui colere eas valeãt Sub Engadi iuxta littus maris mortui: arbores quidem sunt visu pulcherrime sed fructus earum cum discerpitur intrinsecus fauilla ⁊ cinere plenus inuenitur: Montes Engadi sub limes sunt valde ac mirabilis dispositionis prerupti rupibus ⁊ vallibus: adeo q̃ similes nõ vidi qui ⁊ videntibus incutiunt horrorem.

Vinea balsami trãslata in Egyptum

Cant. cap. j.

Fructꝰ pleni fauilla

D. Adomin. §. 40.

¶ Ex Jericho ãtuor leucis ꝓtra occidentẽ via q̃ ducit Jerusalẽ: ad sinistrã Quarãtane est castrũ Adomin: vbi ſm Lucã cap. x. gdã descendens ab Jerusalẽ in Jericho incidit in latrões: quod ⁊ modernis temporibus: multis contingit ⁊ a frequenti sanguinis effusione: locus ille nomen accepit: Est. n. horribilis visu: ⁊ periculosus valde nisi quis fuerit cum optimo comitatu.

Luce cap. x.

D. Behurin. §. 41.

¶ Ex Adomin duabus leucis cõtra occidentem

est castrū Behurim de tribu Beniamyn ex quo
2. Regum capi.16. fuit Semein filius gemini: qui vt legimus in.2. Regū cap.16. maledixit Dauid: cū egressus esset Jerusalem fugiens ne Absalon creatus rex in Ebron cōprehenderet eū: est castrum p pulchrū ⁊ valde munitum i loco alto cōditum: Jnferius autem in valle contra orientem in via regia est lapis dictus Beon ruben: magnus in modum olibani: videturq; esse marmor.

D. Bethanie. §. 42.

¶ Ex Beon contra occidentem: quantum est iactus duorum arcuum in loco proclinioze est castellū Marthe ⁊ Marie: Bethania: Ante cuius introitum: minus q̄ṡ sit iactus lapidis iuxta cisternam in campo ostenditur locus: vbi domino Bethaniam venienti occurrit Martha: deinde Maria vocata: Jn Bethania adhuc ostenditur
Simonis leprosi domus Simonis leprosi domus: in qua recubuit Saluator: Jtem domus Marthe in qua hospitari solitus erat: que hodie est Ecclesia in honorē Marthe ⁊ Marie constructa. Jtem sepulchrum Lazari ex quo suscitatus est: propinquum dicte Ecclesie: vbi ⁊ erecta est marmorea capella: decēs ⁊ pulchra monumentumq; ipsum: marmore tectum est: in quo ⁊ ego descendi. Sarraceni precipua veneratione colunt illud propter miraculum suscitati Lazari a Saluatore factum: Jn recessu a Bethania: nundum apparet Sancta Jerusalem propter mōtem Oliueti interpositum: Sed ascenditur primo quidam terre tumor: ⁊ pars dilecte ciuitatis: cum monte Syon ponit in prospectu. Eya clemētissime Deus: quot deuote lachrime: quot pectorum tonsiones: quot

gratiarum

gratiarum actiones sunt in loco illo: peregrinorum videntū exultationē vniuersę terre Urbem Santam regis magni. O quāta exultatio erit ibi videre locū glorie tue bone ꝛ vere Jesu: si ignominie ꝛ confusionis tue locus: cū tanto mentis iubilo videtur ꝛ colit: Sed iam omissis oib⁹ ad sanctissime Jerusalē descriptionē festinemus Descendit igit de monte: ꝛ iterū Urbs sancta occultatur: Jtex sub latere orētali mōtis Olueti iuxta Bethphage: que adiactū lapidis ad sinistrā relinquit: sub mōte offensionis in valle: est viculus admodū paruus: ibi ascendit p latus australe: ꝛ gyrat mōs Olueti ꝛ peruenit ad locū vbi dns asinum ascendit vt legimus Mathei capitu. 21. Et statim oculis nostris tota Jerusalē obycitur cum templo ꝛ Ecclesia sanctissimi Sepulchri alijsq; locis sacris: Videtur ergo post descensum montis Oliueti: vbi turbis precedentibus ꝛ clamantibus osana filio Dauid letantibusq; de benedicto ꝛ salutifero eius aduentu pijssimus Jesus videns ciuitatem: ꝛ eius excidium fleuit amarissime sup illam: Procedamus ergo: ꝛ ingrediamur locum orationis eius in angoniam: ꝛ locū captionis eius in Bethseman y: transeamus torrentem Cedron: ꝛ sequamur si quo modo concedatur venire in Golgotha: vbi steterunt in cruce fixi: fluentes sanguine diuini pedes eius: Adoremus ibi cuz Christo dulcissimo saluatore nostro: ꝛ cū ipso pariter innouati spiritu resurgamus.

Bethphage

Math. cap. 21.

Descriptio Sancte vrbis Jerusalē. ℌ. 43.

B

¶ Jerusalem igitur ciuitas Dei summi: de qua dicta sunt ꝛ quottidie dicuntur magna ac mirabilia: situm habet montuosum Montibus in su-

per circundatur de quibus infra dicturi sumus: cuius regio fertilis & amena: preterq; contra Orientem & Iordanem. Distat ab Achon leucis tribus que est contra Aquilonē: A Sebaste siue Samaria.16. A Sychen.13. A Nazareth 27. Nec omnes contra Aquilonem: A Iope.23. Nec fere est occidentalis parum tamen Aquilonaris: A Jericho.7. Nec est Orientalis: A Bethleem.2. A Thecua.4. Ab Ebron.8. Nec sunt contra Austrum. Est autem in decliui latere montis sita partim quidem ab Austro partim ab Occidente: Ab Austro sita est in latere montis Syon: imo partim in monte: partim in eius descensu descenditq; longitudo eius ab ipso monte Syon: se extendens contra Aquilonē: Ab Occidente habet montem Syon & pendet ab eo: cuius latitudo contra Orientem est vsq; ad Torrentem cedron: siue Uallem Josaphat & est ciuitas euidenter magna vt infra dicturi sumus: Nec verum est vt quidam opinantur: ipsam nunc in alio loco sitam esse: q; fuerit dominice passionis tempore adducētes pro sua ratione: q; cum dominus extra portam passus fuerit: teste Paulo ad Hebreos: & hodie passionis locus intra ciuitatis menia videatur: ideo ad alium locum translata sit. Tales sic dicunt: quia regionem & vrbem ipsam non viderunt. Situs Jerusalem est, & semper fuit talis: q; stante tēplo dñi intra eius menia: vanū fuisset: imo impossibile: eā ex toto ad aliū locū transferre propter locoꝝ munitionem ex omni parte: cōsimilem enim munitionem alibi habere non posset vllo ingenio. Est tamen in rei veritate eius latitudo amplior

B Jerusalem nō est trāslata

C Jerusalē extenditur

effecta:

effecta priori sua longitudine seruata: statq; tota antiqua ciuitas intra muros & habitatur: Licet pauci hoc tempore sint habitantes conspecta tã te vrbis capacitate: habitatores siquidem pene in cõtinuo timore cõstituti sunt: Dispositionẽ Jerusalẽ antiquã pro viribi mea: inuestigare studui Erat qdẽ antiquitus: sicut & hodie: mons Syõ: pro sui parte supereminens ciuitati: capax valde: vt videat se solo posse fundare ciuitatẽ. Qui mons Syon sumens principium a porta aquarum: siue fontis Syloe contra orientem constituit semicirculum contra austrum vsq; ad occidẽtem: vbi erecta fuerat turris Dauid eratq; per totum semicirculum: rupes prerupta: Similiter arcus huius semicirculi: qui appellabatur Mello: ad cuius repletionem: inter montem Syon & ciuitatẽ inferiorem: reges Juda: leguntur plurimũ laborasse: Turris Dauid in quodã colle ipsius prerupte rupis satis emineti: cõtra occidentẽ cõstructa fuerat: & vorago ipsa correspõdens parti australi mõtis Syõ: cingẽs eã vsq; ad occidentẽ vbi turris Dauid tangebat rupẽ statim curuabat inclinãdo se ab occidẽte: ptra orientẽ Syrãs ipsaz turrim Sicq; turris in rupe: i quodã angulo illius voraginis pstituta fuerat. Vallis ãt siue vorago: que ipsam cingebat secabat i duas pfundas valles: quaz vna ptra aqlonẽ: alia cõtra orientẽ pcedebat. Hee due valles pstituebãt angulũ oppositũ angulo i quo sita fuerat turis Dauid q angulus erat de ciuitate iferiori vt ifra dicet Vallis igit illa que ex turri Dauid descẽdebat in latere aqlonari mõtis Syon: vsq; ad montẽ morta sup qõ tẽplũ pstructũ fuerat: sepabat mõtẽ moriã a mõte

D

Dispositio antique Jerusalem

Turris Dauid

Mello

E

Mons Syon

Mons moria

Syon totāq; ciuitatez inferiorem descendebatq;
vltra vallis hec siue vorago vsq; in torrentē Le-
dron per locū vbi nūc est: aquaz porta inter mō-
F tē Syon: z palatiū Salomonis: quod edificatuz
fuerat in pte australi montis moria: sicq; vorago
ista antigtus ex oi parte cingebat montē Syon:
Cinitas z hec erat ciuitas Dauid: Uez nūc vorago ipsa:
Dauid tota est terra repleta: cuius cām dicam infra: pos
sunt tñ eius vestigia adhuc deprehēdi: Secūda
vorago siue vallis que secabaꝫ a predicta sub tur
re Dauid procedebat cōtra aquilonem: eratq; ci-
uitati pro vallo vsq; ad finē eius in parte aquilo
nis. Supra vallē per totū interius rupis eminēs:
Acra se quā Josephus appellat Acrā: cōstructus fuerat
cundū ciuitatis paries circūdans eā ab occidente: vsq;
Jose- ad portā Effraym: ibiq; itez curuabaꝫ cōtra orie-
phum tē vsq; ad portā anguli: que ꝓstituta erat in angu
G lo ciuitatis: g erat cōtra angulū aquilonis z orie-
tis: z ibi itez curuabatur paries de aquilone per
orientē cōtra austrū extra areā tēpli: includēs eā z
domū regis z portā Siloe iuxta montē Syō ad
orientē Rupes aūt illa: super quā vt diximus ci-
uitatis paries ab occidēte cōstructus fuerat emi
nēs erat: valde: z maxime in angulo vbi parie-
tis pars occidētalis copulatur cū aquilonari Il-
Turris le z. n. locus erat turris dicta nebulosa z castel-
nebulo lū valde firmū cuius ruine adhuc extant ibi: Sūt
sa tñ qui dicūt turrim nebulosam fuisse iuxta teplū:
H qō loci dispositio z declinitas nō admittit ex hac
rupe vt iā diximus ex parte occidētis dependebat
ciuitatis latitudo: declinātis paulatiz vsq; ad mu
rum orientalē protensum vsq; ad torrentem Le-
dron: vbi ciuitas erat: z ēt nūc demissior Unde z

ibi: ciuitatis

ibi ciuitatis sortes p sterquilinij portā: defluebant in torrentē Cedron: Extra voraginē sepius dictā ex parte occidentis ad sinistrā euntibus de porta veteri siue iudiciaria fuit Saluator cruci affixus: post cuius passionē lōgo tpe: vorago illa repleta est: Et murus altus edificatus a turre Dauid: vsq; ad portā Effraym: que nūc porta sancti Stephani appellatur: Uides itaq; q ab austro mōs Syō ab occidēie vero rupes illa: que montis Syō ps existebat: supereminebant vrbi: ⁊ sub hijs duab⁹ mōtibus cōtra orientē ⁊ aquilonē tota ciuitas q̄si in decliui mōtis latere pendebat Mons moria super quē domini tēplū ⁊ regis palatium constructa fuerant: aliquantulū altior erat ipsa vrbe: vt patet ex situ tēpli ⁊ secūdū q Josephus scribit: Que loca nunc sunt oīno explanata ⁊ fere demissiora residuo ciuitatis: Explanatus .n. fuit mōs templi per Romanos ⁊ tractus in torrentem Cedrō cū omnibus ruinis templi ⁊ atrioꝝ quod hodie palam est videre: Area tēpli quadrata est: habēs lōgitudinem ⁊ latitudinem quantū iacere posset arcus: Templū qnod in ea edificatum est: post deuastationē per Romanos factā: in eodem loco situ est: in quo veꝝ ⁊ antiquū templū per Salomonem constructū fuerat Nā quatuor atria erāt intermedia: Sed ⁊ presens templū distat a torrēte Cedron passibus multis: Non longe ab area templi contra aquilonē: minusq̄ iactus est lapidis: extat porta vallis: per eā .n. erat descēsus in vallē Josaphat: Dicit ⁊ porta gregis qm̄ per eā introducebantur greges imolandi tēplo: huic adherebat turris: quam quidam arbitrantur Nebubulosam vel ananahel. sed erat turris Phasel: cu

Ubi dominus crucifixus est

J

Mons templi explanatur

K

Tēplū edificatum in eodem loco

ius adhuc vestigia apparent: Intrantibus portam gregis ad sinistram iuxta aream templi occurrit Piscina probatica in qua natinei hostias lauabant presentates eas sacerdotibus in templo offerendas: Hec adhuc ostendit quinq; porticus habuisse: in quibus iacebant languentes expectantes aque motū: Ad dextram vero vie predictam portam intrantibus in ecclesia sancte Anne ostenditur piscina grandis: dicta piscina interior: quā rex Ezechias hoc modo fecit Obturauit superiorē fontē aquaz Gyon: cōuertitq; aquas eius subtus ad occidentē vrbis Dauid p vallē paulo ante dictā: incidēs petrā ferro z inducēs aquas p ciuitatis mediū in piscinā istā: vt in obsidione haberet ppls aquas ad bibendū: z eas nō possent assirij phibere: fonte vero aquaz Gyon: q nō longe distat ab agro fullonis duxit in piscinā superiorē: que est super Natatoria Syloe quā Achaz inceperat sed nō perfecerat: De hac piscina: z hoc fonte eiusq; situ dictum ē illud Isaye ca. 7. Egredere ad extremū aquaductus piscine superioris in via agri fullonis: Est enim piscina hec: z dicit superior respectu natatorie Syloe. Ipsa enim natatoria Syloe ex hac piscina z ex fōte Syloe aquam recipit tanq; inferior: Et p̄o maiori notitia piscinarum Jerusalem: de quibus sacre litterē loquuntur: scias tantū quatuor fuisse celebres piscinas: Prima z precipua fuit pbatica quinq; porticus habens: hāc construxit Salomon in ministerium templi: Secunda fuit iuxta illam cōtra aquilonez in ecclesia sancte Anne dicta interior: hanc fecit Ezechias eo modo quo exposuimus: Tertia ē natatoria Syloe: z cōstituta sub monte

Probatica Piscina

Piscina interior

Isaye cap. 7.

M. 4. tātū piscine in Ierusalē

z sub

& sub mõte Syon iuxta agrũ acheldemach: recipiebatq; aquã ex fonte syloe: quã & Ezechias fecit: Quarta erat piscina supior de qua prime dictũ est. Hãc silr fecit Ezechias: Quod si alicubi scriptũ legat: Hãc quartam piscinã fuisse in ciuitate: non est verum: imo ipossibile: Hoc dixerim quoniam scio nõnullos asseuerare ipsam fuisse in ciuitate ac recepisse aquam ex fonte syloe: qõ esse non potuit: cum ciuitas esset altior quadringentis cubitis: ipso fonte Syloe: nec aqua ad tã tam altitudinem potest sursum fluere. Verum est tamen quod recipit aquas ex fonte Syloe & fonte inferiori aquarum Syon: eo q est extra ciuitatem sub ipsis fontibus non longe a natatoria Syloe: Preter has quatuor piscinas non legi nec vidi alias in Jerusalem esse vel fuisse antiquitus nisi forte quis mare Eneum: fabricatum in faciem templi inter piscinas numerare velit: Verilia tamen quedam modernis temporibus constructa sunt infra vrbem non longe a domo Patriarche & hospitalis sancti Joánis: de quibus nulla est mentio in scripturis sacris. Vallis Josaphat: Jerusalem circundabat ex parte orientis sub monte Oliueti: que & si adhuc satis profunda sit: multum tamen iussu Romanorum repleta fuit. Nam vt scribit Josephus ex ea parte vrbem oppugnãtes incisis Oliuetis alyſq; arboribus & aggeribus inde factis: repleuerunt eam. Insuper deuicta & expugnata vrbe explanarunt domini templum & regis atria & Montem moria super quem edificata fuerant: vt de cetero locus iterum muniri non posset: iusseruntq; oia detrahi in torrẽtẽ cedron.

Piscina superior

O

Vallis Josaphat

Q Fons siloe

¶ Sub mõte Syon cõtra regiã Salomonis ĩ occidentali latere vallis Josaphat est fons syloe ex quo ꝑ aque ductũ fluit aqua in superiorẽ piscinã ⁊ natatoria syloe: qñ exundat aquis: nõ.n. fluit ꝯtinue sed iterpolati Utraq; piscina sita ẽ in basi mõtis Syon iter ipm ⁊ Acheldemach q ad austrũ eaꝝ iacet: Ascẽdit isup ad has piscinas aquã fontis iferioris Syon: q ortũ hẽt supra agrũ fullonis iuxta locũ vbi Rapsaces: vt legim⁹ in.4. Regum cap.18. Exprobrauit deo excelso: stãte ⁊ audiente ppl'o sup muꝝ: Juxta piscinas has: ad iactũ lapidis vltra vallẽ in parte eius australi est Acheldemach in sepulturã peregrinoꝝ emptus 30. argenteis p̃cio saluatoris venditi vt legimus Mathei.27.cap. Multa sunt in eo cõstructa monumẽta preciosa: Infra piscinas ꝓxime dictas ⁊ Acheldimach cõtra oriẽtẽ defluit torrens Cedron: collectis insimul aquis quas secum trahit a superiorib⁹.s.rama ⁊ Anathoth ⁊ sepulchro Regine Jabenoꝝ: iungunt insuper ei ⁊ aque extes de prefatis piscinis: descẽdũtq; i vallẽ Gehenon: que ⁊ locus Thopheth appellat i qua qdẽ valle est lapis Zoeleth ⁊ fons Rogel: vbi vt legim⁹ i.3. Regũ cap.j. Adonias filius regis Dauid affectans regnare: struxit nobile conuiuiũ: Ibidẽ sepultus qescit Isaias ꝓpheta: q iuxta fontẽ Syloe serra sectus fuit: Sunt loca hec deliciosa valde hortis ⁊ viridarijs torrente Cedron irrigãte illa: Supra fonten Rogel est Mons offensionis Et in valle ꝓxime dicta: filij Israel idolis seruiẽtes traijciebant filios suos ꝑ ignem vt legimus in.4. Regũ cap.17. Hactenus dixerimus de dispositiõe ⁊ situ sancte Urbis superest vt quatuor

4. Regum capi.18.

R

Acheldmach Math. cap.27

Fluxus cedron

S

Locus Thopheth

Lapis zoeleth

Fons rogel

3. Regum capi.j.

Isaie sepulchrum

iterum

sterum cõsideremus: Primo de vrbis ambitu ⁊ magnitudine sua: Scõo de portis Jerusalẽ in sacris litteris totiens nominatis. Tertio de mõtibus i circuitu eius. Quarto de locis sacris ⁊ venerandis intus ⁊ extra Jerusalem.

Descriptio Magnitudinis ⁊ ambitus Jerusalem antique. §. 44.

A

De magnitudine inclite Jerusalẽ: sciẽdũ ẽ fm Josedhũ: q; dempto Mõte Syon: amplectebat p gyr̃ stadia. 33. cõputato aũt mõte Syõ: murus exterior q tertius erat fm Josephũ habuit. 90. turres q̃ singule distabãt ab inuicẽ ducẽtis cubitis hoc ẽ trecẽtis pedibus: ex qbus resultãt. 67. passus medy iter turri: ⁊ turrim: Multiplicatis aũt 67. passibus p nonagita: resultãt quiq; milia quadringẽti: Cũ igit. 225. passus constituant stadiũ si diuiseris quiq; milia quadringẽta: p. 125. exibunt 40. stadia: q̃ cõstituunt qnq; miliaria: Et hic erat ambitus gloriose Jerusalẽ: ante destructionẽ per Romanos cui interfuit ipe Josephus: Et postq̃ ad fideliũ manus deuenit: ampliata est: eo q; dñi sepulchrũ iclusum est: qõ extra portã sicut ⁊ Caluarie locus erat: Qua de cã si Jerusalẽ tota antiqua habitaret: nũc ambitus eius maior existeret: Metitus sum ego: Jerusalẽ antiquã que passionis tẽpore integra ⁊ populosa apparebat inueniq; per diametrũ: a porta vallis: vsq; ad portã veterẽ. 200. passus. Et hec fuit antiqua latitudo sua: que hodie lõge maior est. Nã mons Caluarie: q extra veterẽ portã existebat iã claudit iter ciuitatis menia: Quod ⁊ pbare intẽdo ex auctoritate venerabilis patri⁹ dñi Jacobi de Uitriaco Jerusalẽ Pairiarche: ⁊ Apostolice sedis legati: qui in

Turres Jerusalem

B

Jerusalẽ circuibat. §. miliaria Sepulchrum domini

C

Jacobus de Uitriaco

libro suo quē edidit de conquesto Terre Sancte: sic scribit Est autē sepe nominata: z sepius nominanda ciuitas Jerusalē que secūdum omnes eius partes: in monte sublimi posita: muro valido vndiq; cincta: nec nimia paruitate augusta: nec magnitudine cuiq; fastidiosa A muro nanq; ad murū tātam habet distātiā: quātū arcus quater tactus metiri posset: Preterea a parte occidē tali munitionē habet ex lapidibus quadris ferro z plūbo cōpaginatis: que ex vno latere pro muro est ciuitati z turris Dauid appellat ipsa tamen est: que a quibusdā Antoniana dicit. Dō tem aūt Syon habet ab austro super quē Dauid rex habitationē sibi pstruxerat: Et in eo cū mltis regibus Juda sepultus quieuit z illā: ciuitatem Dauid appellauit: Dons Caluarie in quo dns crucifixus est: erat a parte occidentis extra murum ciuitatis: sed Delyus Adrianus ciuitatem ipsam per titum z Uespesianum omnino destructam reparauit z in tantum ampliauit: q locum crucifixionis z sepulture dominice itra murorum ambitum concluſit: omni eius situ manente sicut prius: hucusq; verba domini Jacobi de Uitriaco Patriarche.

Turris Antoniana

D Delyus adrianus

D. Portarum Jerusalem. §. 45.

A Porta Dauid

C Circa numerū portarū Jerusalē: scias deuotissime lector: i antiqua ciuitate fuisse tm octo: z post reparationē sīlr octo: varijs qdē noibus denominatas: Prima igit erat Porta Dauid: i latere mōtis Syon: illo i loco vbi due voragines a seinuicē separabāt; quaz vna cōtra Aquilonē: alia extendebat se cōtra oriētē: eratq; ibi testudo facta vltra voraginem cōtra portam: per quam patebat

patebat exitus extra ciuitatem: Ad dexterā huius testudinis Judas in vno Sicomorum laqueo se suspendit: Neemias cap. 3. appellat eā portā piscium. Nā p eā erat via in Jopen z Diſpolim z maritima: vnde deferebant piſces in Jeruſalez: Dicta fuit etiā: negociatoz porta: eo q̄ p eā erat trāſitus i Bethleē in Ebrō in Gazā Jn Egyptū in Ethiopiā: Uez trāſitus ille ſecabat ſupra agrū fullonis in monte Syon: z a ſiniſtris erat iter in Ebrō a dextris aūt in Jopē: Sed iter modico interuallo hic q̄ verſus Jopen ttāſitus diuidebat z a ſiniſtris ducebat in vallē Raphaym ſub caſtro Bethſura verſus Philiſtym: z Gazā z Egyptū z Ethiopiā vnde negociatores varias z p̄cioſas merces afferebant: A dexris autē ducebat in Emaus z Ramata z Jopen cōtra occidētem ad mare Unde cōducebant piſces vt dictū eſt: Dicta fuit z Porta Dauid: eo q̄ turris Dauid: z eiuſdē ciuitas bta in mōte Syon ſuperēmineret.

Judas vbi ſe ſuſpendit

Porta piſciū

Porta negociatoz

B

¶ Secunda porta fuit in eadē muri p̄te reſpiciēs ſimiliter occidentē ſed a p̄ima diſtabat cōtra aquilonē: dictaq; fuit vt legimus Neemie cap. 3. porta vetus: Nā ibidē fuit ét Jebuſeoz tpe: qui Jeruſalē dominati ſunt: ante egreſſum Jſrael de Egypto: Dicta eſt z porta iudiciariū: nā ante eā iudiciū agitatū erat: z que iā iudicatā fuiſſent per ſententiā extra hanc portā executioni demādabāt

Neemie ca. 3. Porta vet⁹

Porta Judiciaria

C

Extra hāc Reparator mūdi cruci affixus Mamlicoſtratos locus iudicij erat intra muros ciuitatis iuxta hanc portam: cuius veſtigia adhuc apparent in muro antiquo Jn nouo autem qui dominī ſepulchrum includit correſpondet ei porta: eodem nomine nuncupata qua tenditur

Extra quam portā Jeſus crucifixus

in Sylo ⁊ Bethoron ⁊ Gabaon ⁊ ad montem:
Leo. 3000. martyr sepeliuit vbi diuino miraculo Leo quidam triginta milia martyrum sepeliuit: quos ipius Losdroes persarum rex martyrio cõsumpsit vt legimus in ecclesiastica hystoria. ¶ Tertia porta contra aquilonẽ dicta est Porta Effraym nã per eã ad Montem Effraym patebat iter hãc Neemias in eodẽ ca. appellat equorum portã Jn ea copulat paries nouus cũ antiquo: q ideo cõstructus est: vt domini sepulchrũ intra vrbẽ concluderetur: appellat nunc: sancti Stephani porta nã extra eã lapidatus est ipse protho martyr Hac patet iter versus Sichen Samariam ⁊ Galileam. ¶ Quarta porta contra orientẽ in angulo ciuitatis super torrẽtem Cedron dicta est porta anguli: eo q in ciuitatis angulo cõstructa fuerat: de qua legimus in. 4. regũ cap. 14. q Joas interrupit murũ Jerusalẽ a porta Effraym vsq ad portã anguli quadringẽtis cubitis: Dicta fuit ⁊ Porta Beniamin: nam per eã patebat iter in Anathot: ⁊ in desertũ: ⁊ ad alias vrbes tribus Beniamin: Ex deserto Beniamin p hãc portã cameli vehebant ligna pinea in Jerusalem. ¶ Quinta porta sita contra austrum dicta est porta sterquilinij sita ⁊ ipsa super torrẽtẽ Cedron ⁊ Neemias cap. 3. denominat eã conformiter. Dicta est aũt sterquilinij quoniã versus eã vt demissiorem decurrebant oẽs sordes Jerusalem in torrentẽ Cedron: p hãc similiter patebat iter in desertum beniamin. Nõ erat aũt multũ populosa: loca. n. cõtra eã posita: erãt vilis ⁊ barbare habitationis. ¶ Sexta porta fuit silr cõtra anstiũ sup torrentẽ Cedron: dicta porta gregis ẽt apud Neemiam in eodem capi. Nam per eam

Porta anguli .4. regũ cap. 14.

Porta sterglinij

Porta gregis

inducebantur

induabatur animalia in templo imolanda: que prius lauabantur in piscina probatica propinqua huic porte: Dicta fuit ꝛ porta vallis: nã per illam patebat iter in vallem Josaphat: Ab hac porta distabat sepulchrum Beate Virginis: quã tum iactus est lapidis: Eidem porte imminebat turris Phasel ab Herode rege constructa, Dicta fuit ꝛ porta fontis dicti draconis apud Neemiã: ante hanc portam scaturientis: De hoc fonte loquemur in descriptione sepulchri Beate Virginis: per hanc patebat iter in montem oliueti Bethaniam ꝛ ad Jordanem. ¶ Septima porta iterum contra austrum: similiter super torrentẽ Cedron: dicta fuit porta aurea: sita in atrio tẽpli: pp quod scias magis appellandã portã tẽpli q̃z ciuitatis per eã siquidẽ patebat iter compendiose ad montẽ olieti, vltra vallẽ Josaphat per testudinẽ quandã: Et quoniã potius fuit tẽpli q̃z ciuitatis ideo Neemias de ea: mentionẽ nõ fecit Intra hanc fuit tẽpli porta dicta speciosa i qua iacebat languens sanatus a Petro vt legimus in actibus Apostolorꝫ cap. 3. Ex hac. 7. porta erat transitus in Bethaniam ꝛ Jerico ꝛ Jordanẽ. ¶ Octaua porta fuit similiter a parte australi superiori: sup torrentem Cedron: sita in valle inter montẽ Syõ ac montem templi: dictaq; fuit porta fontis Syloe: siue porta aquarm: Ducebat enim ad fontez Syloe: ꝛ vallem Gehenõ: ꝛ Acheldemach ꝛ ad hortum regis: Neemias aũt cap. 3. appellat eam simplicitr: portam fontis: Nõ credo plures portas fuisse in Jerusalem: Situs enim eius: plures non requirebat nam per totum montis Syon circuitũ: etsi porta erat oportuna dispositio tũ loci

Turris phasel F

Porta aurea

S

Porta speciosa

Porta fontis Syloe

impediebat Mons enim vndiq; preruptus erat.

D. Montium in circuitu Jerusalem §. 46.

A Mons oliueti

Teste psalmo Montes in circuitu eius quoꝝ nomina ꝛ dispositionē ꝛ numerum intendimus exponere: A parte vrbis orientali adiacet oliuarum mōs altior ceteris: qui circundant eā In cuius sūmitate erecta est Ecclesia: eo in loco: ex quo Saluator post. 40. dies celum gloriosus ascēdit. In huius ecclesie medio rotunda est apertura: vt omnibus pateat etiam in aere: qua parte dominus alta petit: Lapis ille super quē pedes eius steterunt: cum ascendere disposuit: vestigia pedū impressa veluti sigillata cera retinuit: Locatus fuit deinde pro altari sed nunc altare destructum est: ꝛ ecclesia sacra: heu deus meus deus patiens versa est in Mahumeam: Lapis ille sacer positus est in obstructione hostij orientalis sine cemēto ꝛ licet oculis non pateant diuina illa vestigia: manu tamē immissa tangi ꝛ discerni optime

B Pelagie sancte sepulchꝝ

possunt In latere ciusdeꝫ ecclesie: adheret capella austrū in qua Pelagia quondā famosa meretrix: post gratam deo conuersionem diutinamq; penitentiam: moriens sepalta iacet. Dicitur nullum qui detinentur peccato mortali posse transire inter parietem ꝛ eius sepulchrum eleuatum: huius veritatem nescio: plures tamen transierunt ꝛ ego vidi: In eodem monte contra austrum: A predicta ecclesia quantus est iactus lapidis alia est: dicta panis domus: vbi Saluator

Mons offensionis

discipulos orare docuit: orōneq; dominicā i lapide scripsit: Cōtra austrū situatur offensionis mōs humilior qdem mōte oliueti ꝛ valle intermedia

separantur

separantur: Appellatus est offensionis mons: eo q̄ Salomon: vt legimus in.3.Regum capi. xj. Idolū moloch dicauerit: e regione sacri templi: Deum excelsum ad iracundiā prouocans: Inter orientem vero ⁊ austrū: situs ē ager Achel demach: ⁊ mons desuper admodum sublimis eodem nomine nuncupatus: tenetq; fere totam austri partem contrā vrbem: Huic ab occidente adiacet fullonis ager: ⁊ mons desuper eiusdem altitudinis vt prior: Agro fullōis adheret Mōs Syon a parte occidentali ciuitatis: sic tamen disponunt: q̄ via ex porta Dauid siue negociatorum: mediat inter eos: Mons Syon ab occidente supereminent ciuitati: verū paulatim decrescit: vt adeo q̄ cōtra portā veterē siue iudiciariā sit valde depressus: Terra tamen tumurosa est vlterius procedendo cōtra Occidētē ⁊ Aquilonem vsq; ad sepulchrū deuotissime Helene regine: qō cōtra portā Beniamin sup torrētē cedron locatum est. Ultra torrentē cedron in lateri aquilonari alius est mons admodū altus quatuor stadijs distās ab vrbe: vbi Salomō chamos idolo moabitaꝝ tēplū cōstruxit vt legimus in.3.Regū cap.xj. Tēpore machabeoꝝ hoc i loco edificatū fuit castrū: cuius vestigia permanēt: Hñ habitātes Jerusalē: multipliciter infestati fuere. Hēs prescripti mōtes ꝓpinqui fuere menys ciuitatis: nō tñ adeo ꝓpinqui: vt ex eis posset ciuitas aliquo instrumēto vel igenio impugnari: Hec de vbis situ ⁊ ambitu ⁊ portis ⁊ montibus sufficiant.

Ager Achel demach

Achelōmach vbi sit

Mons Syon

Sepulchrum Helene

D. sacroꝝ locoꝝ in Jerusalem ⁊ extra. §. 47.

¶ Sacra loca describturus incipiā ab extra: vt liceat lōgius imorari i locis dominice sepulture.

Sepulchrum Virginis Marie

In valle Josaphat nō quidē in ima pfunditate verum in pede Montis Olineti: parum tamen supra ipsam vallem locatum'fuit Beatissime: t Christifere virginis sepulchrū: quod quidem ante subuersionē Jerusalem per Romanos: supra terram eminens erat: nūc autē terra coopertum est: adeo q Ecclesia ibidem in honorem virginis cōstructa: cū sit sublimium parietū: nobilissimeq testudinata: sicut decens est tantam virginem honorare: nunc sit tota subterranea: t repletionib⁹ ruinaꝝ templi t atrioꝝ: de qbus supra diximus omnino sit coopta: Ualliseq Josaphat ibidē adeo repleta fuit: q extat via publica transiens super predictam Ecclesiam iam sub terra absc̄ditam Est tamē ibidem in terre superficie post vrbis reparationē constructa Ecclesia: vel edificū p modum capelle: quod cū ingressus fueris descēdes per gradus plurimos sub terra in ecclesiam prescriptam: t ad sepulchrū Beatissime Virginis t credo: ni fallor: sint gradus. 60. Est autē sepulchrum in medio chori ante altare marmoreum t magnifice decoratum: quod t sarraceni deotissime venerant osculantes prostrati: t sacre virginis suffragia alta voce suo more iplorantes ego fui in sepulchro ipso: visumq; ē mihi horrus aromatū ex fragrantia tante virginitatis: t nesciens pre spiritu t admiratione quid dicerem: decantare cepi. Sicut Cinamomum t Balsamum aromatizans odorem dedi: lachrimeq omniū astantium comitum meorum vbertim effluebant: ac bene nobis erat cum eis: Nolo autem te ignorare studiose lector: Ecclesiam que iam subterranea effecta est: valde humidam esse: eo q Torrēs

B Sarraceni honorant sepulchrum Virginis

cedron

cedron: repletionibus predictis coopertus sub ipsa decurrit: & exinundatia aquax excrescit: aliquando vt scaturiens intatũ erũpit: q ecclesiã replet aquis: & ascẽdens p oẽs gradus p hostium capelle superioris: extra fluit: In cimiterio eiusdẽ ecclesie nõ lõge ab eius hostio: Indigene hauriunt aquã ex fonte: qui apud Neemiam: draconis fons appellat: ante portam gregis siue vallis: Beatissime virginis ecclesia intus illuminatur ex fenestris orientalibus dispositis cõtra mõtem Olineti: Nõ lõge ab hostio capelle supioris quã via p gradus subterraneos ad Ecclesiam Beatissime Marie dimensis passibus quinquaginta cõtra orientẽ: vt ego ipse dimensus sum est alterius Ecclesie hostiũ: dicte Bethsemani: vbi erat hortus quẽ ingressus est Saluator cũ Discipulis patrem oraturus: vt si possibile esset: calix passionis trãsiret: Locus hic est in latere mõtis Olineti adherens cuidam rupi cõcaue de mõte pendenti sub qua discipuli sederũt: cũ dixit eis dñs sedete hic donec vadã illuc & orem: Ostẽdit & adhuc locus sessionis eox: Ostendit & locus in quo tentus fuit a turbis: Juda eũ osculo tradente. Videnf liniamenta verticis & capillox eius in rupe descendente: Apparet in alio lapide impressio digitox eius: quã credit fecisse rupem aprehẽdendo: eũ traheret a turbis: Et velim scias q de lapide illo: nec modicũ quidẽ abradi potest cum tamẽ maxime laborauerim etiã ferreis instrumẽtis vt inde mecũ aliqd deportarem: Impressiones aũt predicte ita clarẽ in eo videnf: ac si in cera figurate fuissent: Ex Bethsemani quãtum est iactus lapidis contra austrũ locus est: vbi anul-

L Fons draconis

D Bethsemani,

Uestigia Jesu lapidi impressa

E

Locus oronis Jesu

sus a discipulis prolixius orabat: & factus est sudor eius: vt gutte sanguinis decurrentis in terram: Illic & similis lapis est retinēs impressas genuū & manuū eius figuras: a quo nec modicum quid: abradi pōt: Inter locū hūc & Bethsemani: ante Ecclesiā Beatissime Virginis transit via: q̄ patet ad montem Olineti ascensus: inde in Dothaym & Jordanē. Ex loco oronis dñi ad iactum lapidis cōtra austrū in pede mōtis Olineti i valle Josaphat in oppositū tepli: ostendit sepulchrū Josaphath regis Juda cui supposita vidi pulcherrimā pyramidē. ¶ In ciuitate sancta Jerusalē: tot existūt sacra loca: q̄ dies nō sufficit vt oia

Sepulchrū regis Josaphat

F

visitent̄ inter que sanctissimi Sepulchri Ecclesia principatum retinet: Est figure circularis: intus habens columnas. 73. quarum quelibet pter bases est lōgitudinis. 30. pedum: Supra dñi sepulchrū existens in ecclesie medio: est apertura sphe

Ecclesia sācti sepulchri

rica: sic q̄ tota sepulchri cripta est sub diuo: Golgotana ecclesia: huic adheret: & ē oblōga: chorō sancti sepulchri contigua: parū tamen demissior

Sepulchrum domini

suntq; ambe sub eodē tecto: Spelunca in qua domini sepulchrū cōtinet̄: est longitudinis. 7. pedū exterius vndiq; tecta marmore: rupes qdē est nuda: sicut passionis tpe hostiū: quo in hāc spelun-

G

cā patet ingressus: ab oriēte sitū est: demissum valde & paruū. Tumba vero sancti Sepulchri ē ad dextrā igredientis iuxta parietē ad septētrionē ex marmore grisei coloris: alta a supficie pauimēti: palmis. 8. longa aūt pedibus. 7. sicut & cripta siue spelunca: Ex oi parte clausa est: nec lumen recipit ab extrinseco sed continue pendent nouem accense lāpades: lumen administrantes. Est aūt

altera

altera spelunca sita ante speluncam sanctissimi sepulchri eiusdem longitudinis ⁊ latitudinis ac dispositionis intus ⁊ extra: ⁊ anteq̃ qs ingrediatur apparēt vt vna: primo ergo intrat in anteriorē deinde in aliā in qua iacuit Saluatoris nostri felicissimū corpus In anteriorē ingresse sunt mulieres: cū dixerūt: Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumēti: Lapis. n. aduolutus fuerat hostio interioris spelunce: cuius vna ps trāslata est in mōtē Syō: vt superponeret altari: quā qdē partē ⁊ ego ibidē vidi: Caluarie mōs super quē Dñs cruci affixus est: distat a loco sancti Sepulchri pedibus. 109. ascenditurq; ad locū: vbi crux infixa est rupi: p. 29. pedes a superficie pauimēti ecclesie: Scissio rupis vel foramē in quo crux firmata fuit: tante est latitudinis: vt caput hois recipiat Nā ⁊ ego caput meū demisi: Descēditq; ꝓfūditas eius a loco superficiali fixionis vsq; ad pauimentum ecclesie inferius ꝑ. 28. pedes: Color sanguiuis Saluatoris benedicti: apparet in ipsa scissione rupis: A latere manus sinistre domini pendentis in cruce edificatum est altare decoruz valde ⁊ marmoreū. Ego super ipsum bis celebraui de passione. legens passionē ꝑm Joannē: Pauimentū capelle: in qua cōstructū est ipsuz altare: stratum est marmore ⁊ parietes marmore tecti: ope Mosayco decorati ex auro purissimo: Ex Caluaria. x. pedibus ꝯtra oriētē: ē altare sub quo recōdita est: ps illius: colūne ad quā dñs flagella sustinuit: fuit aūt ex domo Pilati trāslat: ac ibi reposita: vt a fidelib⁹ posset videri tāgi venerari ⁊ deosculari: extat aūt ex lapide sub nigro: quibusdā maculis rubeis naturalibus resperso: quas

Mulieres intrantes in anteriorem spetūcā

H

Mons Caluarie

Foramen in quo Crux fixa fuit

I

Pārs colūne

tradit vulgus: guttas esse sanguinis Christi crue
tati dum flagellaret Mars alij eiusdem columne
translata fuit constantinopolim: Ex altari sacre
columne: contra orientē descendit p gradus. 48:
ad locum vbi deuotissima Helena Constantini ma
ter: vinificā cruce repperit: locus iste lōge sub ter
ra est in quo capella: z duo altaria cōstructa sunt:
vnum quidem dicatum salutifere Cruci: alteruz
putatur dicatum cruci conuersi latronis: Locus
autē in quo ab inuidis z cecis Judeis crucez ab
scondite fuerunt considerata antique vrbis dis
positione: videt mihi fuisse ciuitatis fossa extra
parietes porte iudiciarie Que qdē fossa propin
qua erat Caluarie loco: Mā z apud Joannem le
gimus q prope ciuitatē passus est dominus: exti
mandūqz est q Judei depositis corporibus: in cō
temptū proiecerunt cruces omnes in fossam: z
desuper ciuitatis sordes proiici curauerunt: vt
marcescerent: Deuotissima vero regina Helena:
locū mundari iussit: z inuenta sacratissima Cru
ce: imo ac pfundo illius fosse: capellā z altaria
erexit: Est. n. nūc locus ille vt supra descripsimus
inter menia cōclusus: Locus in quo stetit Bea
tissima Virgo ex doloribus transfixa cū alijs mu
lieribus iuxta crucē: nō fuit sub crucis brachio ad
aquilonē. vt quidā volunt z predicāt: sed ante fa
cie filij fere ad occidentē: Ostendit enim hodie lo
cus positionis sue ante factem filij in cruce pen
dentis: sub monte z rupe. in qua crux defixa fue
rat: z a fidelibus deuotissime veneratur: quē plu
ries vidi z colui: Sciasqz studiose lector: Salua
torē nostrū in crucē pendentem: facie vertisse ad
occidentem non ad orientem vt quidā sibi per

suadent

Maria Egyptiaca

Jacob⁹ Apostolus occidit

Dom⁹ Cayphe

Habitatio Virginis vsqz in finem

Cenaculū domini

Sepulchra regū Juda

O

suadent z predicāt: quod quidem ex eo patet q̄ vorago illa grandis: de qua actū est supra: z quę fuit vrbi pro fossa a parte occidentali existebat retro crucem: in qua z proiecta fuit: stetitq; abscondita sub sordibus donec ab Helena fuit inuenta: Altaria multa extant in ecclesia sepulchri decenter composita z ornata: ante eiusdem ecclesie occidentale hostium: foris est locus: vbi egyptiaca Maria meretrix, diuinitus prohibita est ingredi sacram ecclesiam: z illud oras ante Beatissime Virginis imaginem meruit consolationem p responsum: Dum procedimus contra turrim Dauid z mōtē Syō: locus est vbi ab Herode Agrippa Jacobus Apostolus interēptus est: Deinde procedētes vltra Jn montem Syon: inuenimus Cayphe domū: in qua mitissimus Saluator illusus z derisus fuerat z locū in quo: vsq; mane recluserunt eum: qui z carcer domini appellat: Jn de ōptū iactus est lapidis cōtra austrū: est locus vbi Beatissima Virgo: vsq; in finem suę vite permansit: z illic migrauit: Huic loco propinquum est cenaculū grande: in quo Dominus pascha cū discipulis celebrauit, pedes ablvit z Eucharistiā sanctissimā instituit: Post resurrectionē discipulis illic congregatis pluries apparuit: Mathias sorte electus est: Spiritus sanctus datus é. Multa q̄ diuina z admirāda illic perfecta fuere: huc loco fere ad aquilonē adherent sepulchra regum Juda vt Dauid. Salomonis z aliorū: partim in ecclesia mōtis Syō cōstituta: partim extra. Hec de locis sancte Jerusalē dixerim: z velim scias chare lector vrbem sanctam in loco adeo eminēti conditam fuisse: vt ex ea videatur Arabia: z

IX Vbi Helena crucem inuenit

X B. Virgo stabat ante crucē Xp̄s in cruce vertebat faciez ad occidētem

Mons Arabum ꝛ Nebo ꝛ Phasga montes: ꝛ Jordanis planicies ꝛ Jericho: ꝛ mortuum mare vsq; ad petram deserti: nec ciuitatem aut locum vidi: qui pulchriorem habeat prospectū: Ad ipsam ex omni parte ascenditur eo q; sita est in loco eminentiori: qui sit in regione illa: preterquam Sylo distans ab Jerusalem duabus leucis vt statim describemus.

Descriptio Sylo §. 48.

¶Ab Jerusalē duabus leucis cōtra angulū cōstitutū inter occidētē ꝛ Septentrionē ē Mōs Sylo: nūc q dem dictus Sāctus Samuel sublimior est oibus quo ad situ: q sint in regione sacre Jerusalē: Distat a Gabaa Saulis iteruallo vnius leuce ꝛ plus: tantundē distat a Rama Benamin In Sylo populus: Jsrael. acq sita terra ꝓmissionis: reposuit archā dñi: ꝓpterea fuit Sylo vt domus dei donec archa fuit illic: Unde legimus in libro Judicū cap. 20. Judicum cap. 20. q filij Jsrael venerunt in domum dei hoc est in Sylo.

Descriptio Gabaon §. 49.

¶A mōte Sylo: p leucā vnā distat Gabaō vrbs i tribu Beniamin: in eodē tñ monte sita: Nā in Sylo mōte fuit vrbs denoiata Sylo: ab ipo mōte: in qua fuabat archa dñi: ab hac vrbe distat p leucā Gabaō sita i eodē mōte: habitātes Gabaō vt legimus in lib. Joſue ca. 9. audiētes cūcta q fecerat Joſue: perrexerunt ad eū dū habitaret in castris in Galgala pacē cū Jsrael habere cupientes. Joſue cap. 9.

Descriptio Emaus §. 50.

¶Ab Jerusalem. 4. leucis contra occidentē: distat castellum Emaus vbi dominus postquam a mortuis surrexit: a discipulis cognitus est in fractione

ctione panis: vt legimus Marci. cap. 16. Hodie quidem Nicopolis denominatur. Marci cap. 16.

Descriptio Bethoron. §. 51.

¶ Ab Jerusalē duab⁹ leucis cōtra occidentē sub Mōte sylo ē Bethorō iferior de q̄ fit mētio i lib. Josue ⁊ prio machabeoꝝ Scire te velim studiose lector: duas fuisse Bethorō superiorē: ⁊ iferiorē: q̄s primo edificauit Sara filia Ephraym: Sic eni legim⁹ i lib. j. Paralipomenon ca. 7. Filia ei⁹ fuit Sara q̄ edificauit Bethoron supiorē ⁊ iferiorē. Deide rex Salomon extruxit. i. muniuit ⁊ fortiores reddidit: sic. n. legimus i. 2. lib. Paralip. cap. 8. Extruxit Salomō Bethoron supiorē ⁊ iferiorē: ciuitates munitas: habētes portas ⁊ vectes ⁊ seras. Sunt autē in tribu Beniamin. Ema⁹ Nicopolis Bethoron duplex Primo parali. cap. 7. Scdo parali. cap. 8.

Descriptio Cariathiarim. §. 52.

¶ Ab Jerusalē quatuor leucis ⁊ dimidia cōtra occidētē: via qua tēdit Diospolim siue Loydā ē Cariathiarim: vna ex vrbibus Gabaonitaꝝ: in q̄ per. 30. annos quieuit archa dñi postq̄ reducta fuit de tarra Philistijm: Vñ sic scribit in. j. Regū cap. 7. Uenerūt viri Cariathiarim: ⁊ reduxetunt archam dñi intulerūt eā in domum Aminadab. Primo Reguz cap. 7.

Descriptio Lachis: nūc aūt Uelenas. §. 53.

¶ Ex Cariathiarim duabus leucis eōtra occidētē fere: distat Lachis vna de vrbibus Gabaonitarū: quā expugnauit Josue: vt patet in eiusdē lib. cap. x. Senacherib aūt eam obsedit tpe Ezechie: ex. 4. Regum. Nunc quidem Uelenas dicitur: ⁊ quoniam filij Dan acceperunt eam: vocata est ab eis Dan ⁊ hec est: de qua sepe legimus in libris Regum: Congregatus est omnis populus Israel a Dan vsq; Bersabe. Josue cap. x.

Descriptio Bethsames Jude.§.54.

¶ Ex Cariathiarim duabus leucis cōtra austrū fere: est opidū Bethsames qd̄ ad differētiā alterius Bethsames in tribu Neptalim: dictum est Bethsames Jude: Attamen in rei veritate: fuerat de tribu Dan: que circa finem sortis Jude est iuxta mare: Ab hac tamen Bethsames: Judas in Sarraa: ⁊ Astraol: vsq; ad terminū Jope fere sortem accepit In agrū Bethsames Jude: due vacce iuuencule ⁊ inassuete iugo deduxerunt archam dñi ex Acharon philistym: vt legimus in primo Regū cap.6. Et qm̄ Bethsamite viderūt archam dñi nudā dum meterent triticū in valle: mortui sunt ex eis multa millia.

Primo Reguz capi.6.

Descriptio Ramatha Sophin.§.55.

¶ Ab Jerusalem decem leucis cōtra occidētem est Ramatha Sophin: que partim de tribu Beniamin: partim de tribu Effraym fuit: sita tamen i Mōte Effraym: Samuel ꝓpheta fuit i ea oriūdus: ibiq; sepultus. Sic.n. scribit̄ i primo Regū cap.25. Mortuus est Samuel: ⁊ cōgregatus est oīs Israel: ⁊ plāxerūt eū nimis: ⁊ sepelierūt eū i domo sua i Ramatha Sophin: Dicta fuit Arimathia: ex qua fuit sanctus ille Joseph nobilis de curio q corpus nr̄i Saluatoris aromatibus cōdidit: ⁊ pientissime sepeliuit. Nūc vero ramula nūcupat̄: Ex Ramatha Sophin siue ramula cōtra occidentē: tribus leucis est Jope ciuitas: ad quā descendit Jonas ꝓpheta cū fugeret a facie dñi: Sic.n. legit̄ i Jona cap.j. Et surrexit Jonas vt fugeret in Tarsis a facie dñi ⁊ descendit Jopen: Hec est vulgatissima ciuitas i libris machabeoꝝ ⁊ apostoloꝝ actibus: In ea ostēdit̄ Petri a postoli

Samuel vbi nascit̄ Primo Reguz cap.25

Ramula Jope

Jone cap.j.

tri apostoli hospitiũ: Cõstructa Ecclesia sub rupibus iuxta mare. Sũt ⁊ scopuli illi ad quos vani poete fabulantur Andromadam Cephey filiaz alligatam fuisse; ⁊ a Perseo liberatam.

Andromada cephey filia

Descriptio Bethleem. §. 56.

¶ Ab Jerusalẽ duabus leucis contra austrũ: sita est Bethleem benedicta: vnde Dauid rex traxit originẽ: ex prio Regũ cap. 16. In ea natus ẽ mundi Saluator Mathei capi. 2. In ea sepulta fuit Rachel: cũ Jacob reuerteret ex mesopotamia: Genesis cap. 35. Sup cui⁹ sepulchrũ: Jacob cõstruxit piramidẽ pulchrã nimis i typũ monumẽti Rachelis: In cui⁹ basi: duodecim disposuit lapides grãdes iuxta numeꝝ filioꝝ Jacob: Scias tñ sepulchrũ illud: nõ i ciuitate Bethleem sed foris iuxta viã q̃ ducit Ebron ad dextrã ad iactũ vni⁹ arcus extra Bethleem apud sepulchrũ Rachelis: colligunt lapilli qdã: oino habẽtes figurã cicerum: quos peregrini colligere cõsueuerũt: pp quoddã dñi miraculũ: qd qa auctoritate caret: pertranseo. Nihil. n. icerti vt ꝓposui est a me scribendũ. Contra orientẽ ciuitatis est turris ader: vbi credit Jacob post chare Rachelis mortem: aliquo tpe ꝑmansisse. Turris hec i sacra Genesi dr̃ turris gregis. Sic. n. legim⁹ cap. 36. Egressus ide Jacob fixit tabernaculũ trãs turrim gregis: Ibidẽ pastores hora ort⁹ felicissimi Saluatoris audierũt vocẽ angeli: Euãgelizo vobis gaudiuz magnũ ⁊c. Et gloria in excelsis deo ⁊c. Qd qdẽ nõ nisi diuina sapia ⁊ dispositiõe actũ ẽ: vt i illo loco nat⁹ dei fili⁹ anũciaret pastorib⁹: i q̃ sanctus ille pastor Jacob cõmoratus fuerat: a quo descẽderat stella ex Jacob q̃ suũ ⁊ nostrũ peperit Re-

A Primo Reguz cap. 16. Math. capi. 2. Gene. cap. 35. Sepulchrũ rachelis

B Lapilli vt ciceres

Turris ader Gene. cap. 35.

C Vbi pastores audierũt voces angeloꝝ

paratorē. Bethleem sita ē in mōte nō tñ excelso: Mons quidē arctus est: extēdens se in longitudine ab oriētē i occidētē. Ab occidēte patet igressus.

Cisterna Dauid

Juxta portam adhuc ꝑmanet cisterna illa: cuius aquā affectauit Dauid: cū esset in ꝑsidio: vt legimus in. 2. Regū cap. 23. In fine orientali eiusdē vrbis: sub rupe quadā existēte tūc tēporis iuxta

D

parietē vrbis: ⁊ videt ſm illaꝝ regionū morem: fuisse locus pro stabulo: habens presepe excisum in rupe vt moris est illic disponere ꝑsepia: ortus est huic mū do de Virgine sol iusticie Jesus Christus declaraus sua natiuitate sordes ⁊ tenebras huius seculi se ablaturū: eo ꝙ in tā despecti loci

E

sordib⁹ nasci nō abhorruit: Juxta rupē ꝑdictā: alia est capacior quatuor tm̄ pedib⁹ distans: sub qua excauatū ꝑsepe fuerat: in quo dulcissimuꝫ illū Pueꝝ mox vt natū: pāniculis iuolutū iter asinū ⁊ bouē: mr̄ virgo reclinauit: alia nāqꝫ via sibi nō occurrebat: quo tenellū ifantē: fouere posset: Videt tñ mihi vtrāqꝫ rupē vnā fuisse: sed hostio facto: diuisa ē: ꝑ qđ in chorū ex capella i qua est natiuitatis locus: ascēdit. Nā ad locū illū benedictū nō peruenit: nisi descēsu. x. graduū: Est aūt natiuitatis locus ornatissimus: ex mosaico ⁊ marmore stratus ꝑcioso nimis: Sup locū: i quo celestis virgo peperit: celebrari pōt sup mensam marmoreā ibi optime dispositā: Pars lapidis super

F

quē Saluator natus est: ⁊ ꝑsepis pars in quo reclinatus fuit: nō sunt vestite marmore: sed nude relicte: vt a fidelibus deuotius venerari ⁊ osculari possint: Ego duabus noctibus illic permāsi custodiens vigilias noctis: nunc hunc locū nūc illum osculando: vilescebatqꝫ mihi mundus iste

Presepe quo reclinatus est dñs

Nota deuotionem auctoris

cum omni

cum omni superbia sua: contemplans mansuetissimum & humillimū dei filium: quomodo vbi & ex qua nasci elegit Vbe huius seculi amatoribus Non vidi nec audiui dicentem se visitasse ecclesiam pulchriorem deuotioremq; Quis non teneritudine emolitur: cogitans secum purissime Virginis: dulcissimi Pueri & altissimi erga nos indicibilem charitatem: In ecclesia sunt marmoree columne preciosissime: admirabiles multitudine & magnitudine: per quatuor ordines disposite: Ecclesie nauis: a capitibus columnarum vsq; ad summum tectum: ornata est opere Mosaico pulcherrimo: continente historias omnes a principio mundi vsq; ad dominicū ortum ex vergiue: Totum pauimentum stratum est marmore varij coloris: & decorum est mira varietate: cuius preciū multorum iudicio exitmari non potest: Incredibilia pene: possent de hac sacra ecclesia describi: quam Sarraceni oēs: maxima deuotione venerantur: Vidi ego in ecclesia illa miraculum cunctis seculis memorādum: Soldanus vidit huius ecclesie ornatum: tabulasq; & columnas preciosissimas precepit omnia deduci in Babiloniam: statuens ex eis palacium suum cōstruere: & ornare: Mirum quidem accidit: Nam astante Soldano cū curia sua: accesserūt artifices cū instrumētis. & ex integro pariete quē nec acus vt potuisse penetrare: mire magnitudinis serpens exiuit: & primā tabulam marmoreā sibi occurrentem momordit & contiuuo crepuit. 2. momordit: & crepuit: & sic successiue vsq; ad quadragesimā: Omnes crepuerunt ptrāsuersū: cūctis stupētib⁹ & timore solutis: Soldanoq; ppositū reuocāte: serpens disparuit

G Precio sitas ecclesie in Bethlem

H Miraculū stupendū

Relicta igitur fuit ecclesia: ꝛ é hodie sicut prius: Serpentis vestigia apparēt vsq; hodie in singulis quadraginta tabulis: ꝛ est quasi cōbustio ex igne facta: Sup oia aūt mirabile fuit: serpētē potuisse per transuersum ꝓcedere vel serpere q plan
J nus ꝛ pollitus vt vitrū apparet Jn exitu huius ecclesie cōtra aquilonē est ambitus claustri monachoꝝ: descendit tii in illud. qbusdā gradibus. Jn hoc claustro: est beati Jeronymi cella: ꝛ lectus ꝛ
Sepulchra Paule ꝛ Eustochij sepulchrū. ꝛ monasterij officine in quo legit idē sanctus ꝑfuisse: Jn parte australi ipsius chori oī dit locus. vbi magna innocentiū pars: ab Herode dicit interfecta. Ab ecclesia nati Saluatoris: quantū est lapidis iactus fere cōtra orientē est ecclesia sanctaꝝ Paule ꝛ Eustochij eiusdē filie: vbi sunt ꝛ earundem monumēta: Hec de benedicta ꝛ venerabili Bethleem dicta fuerint.

Descriptio Bezeth §.57:

¶ Ex Bethleem ad dimidiā leucam contra occidentē: ē villa noie Bezeth vbi Saul creatus rex cōgregauit Jsrael cōtra Naas amonitē Sic. n. le
.1. regū ca.xi. gimus in .1. regū cap.xi. Jnuasit timor dñi populū: ꝛ egressi sunt quasi vir vnus ꝛ recensuit eos saul i Bezeth: Villa hec habūdat optimo vino nec in regione illa melius inuenitur: Jncole oēs sunt Christiani ꝛ etiā villaꝝ adiacentiū in descēsu vallis Raphaym vsq; ad torrētē botri: in omnibusq; locis illis: vinū excellit in bonitate Christiani vineas colūt: habētq; priuilegiū a Soldano illic permanendi cui ꝛ magnū censum reddunt.

Descriptio collis Achille §.58.

Ex Bethleem sex leucis cōtra oriētē supra mare mortnū est mons Engadi de quo actus est supra:

Ex Engadi

Ex Engadi tribus leucis cōtra austrum est collis achille in qno latuit Dauid: persequēte eū Saul Sic.n.legimus in primo regū ca.26. Et venerūt Ziphei ad Saul.in Gabaa dicētes Ecce Dauid abscōditus est in colle Achille: que est ex aduerso solitudinis: Collis Achille ab Herode: appellat⁹ ē Massada: i quo i expugnabile castrū ꝯstruxerat. .1. regū ca.26. Collis Achille

Descriptio Thecue.59.

¶ Ex Bethleē duabus leucis cōtra collē Achille ē Thecua i mōte sita. i q̄ natus ē ⁊ sepult⁹ Amos ꝓpheta: de quo sic legim⁹ i argumēto sup amos. Fuit cognatio amos ex opido thecue: quē Ozias vecte p tpa trāsfixit. post hec semiuiuus relictus in terrā suā euectus est: ⁊ post aliquos dies expirauit dolore vulneris: sepultusq; est cū patribus suis: Opido thecue adiacet desertum thecue. Amos vbi natus ⁊ sepultus

Descriptio vallis benedictionis §.60.

¶ Inter Thecuā ⁊ Engadi loco medio ē vallis benedictionis in q̄ Josaphat rex Juda pugnauit ꝯtra filios Moab ⁊ amō ⁊ hītātes mōtē Seyr ⁊ auxilio dñi ꝓstrati sunt: ideoq; vocarūt locū illū vallē bñdictionis: Unde sic scribit in li.2. Paralipo cap.19. Die.4. cōgregati sunt in ualle benedictionis: ⁊ qm̄ ibi benedixerunt deum: vocauerūt nomen loci illius. Uallis benedictionis. .2. Paralipo cap.19.

Desctiptio Ziph ⁊ Maon §.61.

¶ A Thecua.5. leucis inter orientē ⁊ austruz est Ziph opidū iuxta desertuz qd̄ ⁊ ziph appellat in quo legimus.1. regū ca.23. Dauid latuisse Sic.n. ibi scribit Mdrabat aūt Dauid i deserto in locis firmissimis: mansitq; in monte solitudinis ziph in monte opaco Deserto ziph adiacet desertum Maō ad austrū: i quo ē mōs Carmelus: vbi Na- .1. regū cap.23.

bal Carmelus habitabat: qui repulit nuncios
1.regū ca. 24. Dauid vt legimus. 1. regū ca. 24. cuius vxor fuit Abigail: quā i suā accepit Dauid mortuo nabal: Deserto maon inter austrū & orientē adiacet mons ille Seyr quē vt supra descripsimus: iussi sunt filij Israel longo tpe circuire ut patet in li. deutero
Dentero c. 2. nomij cap. 2. Eidem Maon cōtra austrum adiacet terra Amalech: quā iussit dominus Sauli: vt euerteret eam interfectis eius habitatoribus: Unde sic legimus in. 1. reg. cap. 15. Nūc ergo vade & percute Amalech. & demolire vniuersa eius nō parcas ei: & nō cōcupiscas & rebus eius aliquid.
1.regū cap. 15.

Descriptio Cadesberne §. 62.

Ante terrā Amalech: cōtra maris Mortui lingnā est Cades berne: ex quo vt legimus in lib. numeri ca. 13. Misit Moyses exploratores. 12. ad considerandā promissionis terrā. Ibi longo tpe cōmorati sunt filij Israel egressi de Egypto: & inde iussi sunt montem Seyr circuire ac reuerti p itinera maris rubri.
Numeri ca. 13.

Descriptio Bethacharon §. 63.

Ex Bethleē tribus leucis cōtra austrū: via q̄ ducit Ebrō: est Betharō loco eminēti sita: cui adiacet ad austrū: villa rama excelsa valde in cuius colle sublimi stās: vidi cū multis alijs totam Arabiā vsq; ad montē Seyr locaq; oia circa mare mortuū: & loca latibulor Dauid: Jordanē īsuper vsq; Sethin & vsq; ab mōtē Abarym Contra occidētē vero vidi in loco Ebron: littus totū magni maris. i. mediterranei: a Jope vsq; Baza z: & Bersabee vsq; ad desertū Sur: totā insup terrā philistiym a Ramatha Sophin p Geth & Acharō & Ascalonē: cum oi planicie sub monte Juda.

Descriptoi

Descriptio Mambre. §. 64.

¶ Ex Rama prime dicta: duabus leucis ꝛ amplius: ad dexterã: iuxta viam regiam: que ducit Ebron: sita est Mambre: vbi ex lib. Geneſis cap. 18. longo tempore habitauit Abraam: poſt egreſſum de hur caldeoꝝ. Illic ſedens ad ilicem Mãbre in hoſtio tabernaculi in ipſo feruore diei: vidit tres viros ꝑ vnũ adorauit: quos ꝛ hoſpicio recepit. Ilex Mambre: etiã hodie oñdit ante hoſtiũ tabernaculi Abrae Scias tamẽ: antiqnã illã exſiccatã fuiſſe: ſed ex eius radice pululauit alia: de cuius ligno ꝛ fructu mecũ tuli. Folia ſua: modico maiora q̃z lentiſcus: ſed fructum penitus habet vt quercus. Geneſis capi. 18. Ilex Mambre

Deſcriptio antique Ebron ꝛ noue: ꝛ ſpelunce duplicis. §. 65.

¶ Ab Ilice Mambre per dimidiã leucã ad dexterã iuxta viã: eſt Ebron illa antiqua vrbs quondã hebraice dicta Cariatharbee. i. vrbs arbee ỏ qua ſic legimus in lib. Geñ. capi. 23. Vixit Sara centũ viginti ſeptem annis ꝛ mortua eſt in ciuitate arbee: que eſt in terra Chaneam: Jn hac regnauit Danid ſuper Judã. 7. annis: ſic. n. ſcribit in. 2. Regũ cap. 2. Et fuit numer⁹ dieꝝ: quos cõmoratus é Dauid iparãs i Ebron ſup domũ Juda. 7. annoꝝ ꝛ ſex menſiũ: Eſt in mõte ſita: ſublimi ꝛ tuto: ſ̃z nũc penitus ruit Cuius ruine adeo magne cõſpiciunt̃ q̃ ex eis arguit q̃z glorioſa fuerit: Ab Ebron antiqua adiactũ triũ arcuum: ad auſtrum puſillum tamen ad orientem declinando: noua reſidet Ebron: illic conſtructa: vbi duplex ſpelunca extitit empta ab Abraã: ꝑ ſepultura chare vxoris Sare: vt legimus Geñ. capi. 23. Gene. cap. 23. Dauid regnat i Ebrõ Scõo Regũ capi. 2. duplex ſpelunca Gene. cap. 23.

In ea sepultus est pater Abraam & Isaac & Jacob: & ossa Joseph delata ex Egypto & Sara & Rebecca & lya: Rachel autem in Bethleem vt diximus supra: Sarraceni contra spelunca duplicem: que in Ecclesia cathedrali continebatur: edificarunt munitionem.

Descriptio agri Damasceni. §. 66.

Qualitas terre agri Damasceni

¶A spelunca duplici: iactu vnius arcus contra occidentem: est celebris ager Damascenus: in quo fertur Adam formatum fuisse: Terra habet rubeam flexibilem & tractabilez sicut cera: de qua mecum tuli: similiter & peregrini: aliiq; fideles loca sancta venerantes: Sarraceni terram illam deferunt in Egyptum Ethiopiam & Indiam: pro re preciosa valde vendentes: Modica tamen apparet effossio in loco illo fertur enim quolibet anno reuoluto: miraculose repleri: fateor autem me immemorem effectum in querendo huius veritatem: Id tamen assero: quod modica quidem extabat effossio: cum illic adessem: adeo q; quatuor viri vix in ea sedissent: in profundita te nō excedebat humeros meos: Vulgat aliud: Si quis terrā illā supra se detulerit: animal pernitiosum non ledet eum: nec cadet: nec imerget aqua aut si cadit non offendit casu illo: hec non assero: sed vulgata refero: Vallis cōtra Ebron: fertilis est valde & delitiosa: ac delectabilis habitationis: Ab effossiōe agri Damasceni ad iactum arcus vnius contra austrum locus est vbi Chayn: fratrem Abel occidit vt legimus Genesis cap. 4. Ab eadem effossione: iactu duorum arcuum contra occidentem: est spelunca quedam sub rupe: in qua famosum est: Adam & Euā filiū

Mirāda de terra agri damasceni

Locus occisionis Abel

Spelūca luct⁹ adā & eue

Abel

Abel interfectũ luxisse centũ annis: Ostẽdunt illic eoꝝ lecti saxei: Est in spelunca fons scaturiẽs de quo biberũt: Hec vt vulgata sed nõ a me asserta describo: Hẽt i lõgitudine ⁊ latitudine fere. 30. pedes: sub spelũca ipsa in valle descẽdit via: q̃ ex Ebron tendit in Gazam cõtra austrũ. Distat aũt hec via ex Ebron: quantum iacere potest arcus.

D. Dabir: que ⁊ Cariath sepher. §. 67.

¶ Ex Ebron duabus leucis ꝯtra austrũ ẽ Dabir: que ⁊ Cariath sepher nũcupata ẽ: quã expugnauit Othoniel: fr̃ Junior Caleph: cui Caleph copulauit in vxorẽ: filiã suã Axam: Vñ sic legimus i lib. Josue ca. 15. Celeph cõscẽdẽs venit ad habitatores Dabir q̃ pri⁹ vocabat Cariath sepher. i. ciuitas lr̃aꝝ ⁊ dixit: Qui percusserit Cariath sepher: dabo ei vxorẽ Axam filiam meam. Josue cap. 15.

Descriptio Neeleschol. §. 68.

¶ Ex Ebron tribus leucis cõtra aquilonẽ: parũ tñ declinãdo ad occidẽtẽ est Neeleschol. i. torrẽs botri: ⁊ est locus: vñ exploratores missi a Moyse: detulerũt palmitẽ cũ vuis: vnde sic legimus i lib. numeri cap. 13. pergẽtes vsq; ad torrẽtẽ botri absciderũt palmitẽ cũ vua sua: quã portauerũt i vecte duo viri: De malis quoq; granatis ⁊ ficis loci illius tulerũt: q̃ appellatus est Neeleschol. i. torrens botri: eo ꝙ botrum portassent inde filij Israel: Ad leuam huius torrẽtis per dimidiam leucam: descendit riuulus in quo Philippus Candacis regine eunuchum baptizauit: vt legimus actuum capitulo. 8. Propinquus est autem riuulus ille: Sicelech: Ab Neeleschol sex leucis contra Jerusalem: est Zacharie domus in quam ĩgressa beatissima Virgo salutauit Helysabeth Numeri ca. 13 Zacharie do: Aus-

Luce.2 vt legimus luce cap.2.

Descriptio vrbis Nobe.§.69.

¶Ex Zacharie domo tribus leucis contra aquilonem ⁊ tantundem contra Vulturnum de Micopoli: est Nobe sacerdotum ciuitas: que nunc Bonocopolis nuncupatur: In ea habitabat Abimelech sacerdos magnus cum alijs sacerdotibus: Ad eam festinauit Dauid fugiens Saulem: vbi propositiõis panes comedit: ⁊ accepit gladium Goliath gethei. Hec omnia legimus in primo Regum cap.21.

Primo Regu cap.21.

Descriptio Chariathbot abbatis.§.70.

¶Ex Bethleem vna leuca ⁊ Amplius: in via que ducit Thecuam est sepulchrum sancti Chariathbot abbatis cum suis monachis: quo migrãte omnes migrauerunt: ⁊ fuit illic magnus populorum concursus ⁊c.

Res miranda

¶Descriptio Terre Sancte contra austrum directe. Cap.8.

SEptima descriptio sumens initiũ ab Achõ: tendit directe contra austrum.

B. vrbis Cayphas ⁊ castri peregrinor.§.j.

¶Ab Achon quatuor leucis: tẽdẽti cõtra austrũ occurrit primo: vrbs dicta Cayphas: sub pede mõtis carmeli sita. Ex Caypha aũt tribus leucis: est peregrinor castrũ: fratrũ militie tẽpli: munitũ pre oibus locis: que illis in partibus Christiani obtinuerint: situ est in corde maris circũdatũ muris ⁊ turribus: alijsq; ꝓpugnaculis adeo firmis vt toti mũdo videatur posse resistere.

Descriptio spelunce Helye ⁊ fontis filiorum prophetarum.§.2.

¶Ex Caypha ad leucam vna: via que ducit ad castrum

castrū peregrinorum: per ascensum montis carmeli fere dimidia leuca: est spelūca Helye: in qua latuit fugiens a facie Jezabel i cuius hostio visionē grandē vidit spūs z ignis vt legimus i. 3. regū cap. 19. Illic est fons vbi prophetaz filij habitabant: nunc autē inhabitant fratres ordinis Carmelitarum: fuiqz cum eis ibidem.

3. regū cap. 19.

Fratres Carmelite

Descriptio Cesaree §. 2.

¶ A peregrinorum castro quatuor leucis distat Cesarea metropolis palestine quondā Archiepiscopalis sedes hec prius appellata fuit Turris stationis vez qa Herodes magnus eā instaurauit: Cesareā in laudē Cesaris denoiauit: De cuius structura z munitione Josephus multa scripsit Cingit ab occidēte mari magno: ab oriēte q̄dam palude aquaz dulciū: sed pfundaz in qua croco dili habundant Et ego transiens discrimen magnū inciderā: nisi dñs de celo opez mihi dedisset Situ qdē firmissimū habet: sed hodie penitus est destructa: Cesaree Petrus p̄dicauit z baptizauit Corneliū actuū cap. x. Agabus prophetā existēs Cesaree pphetauit Paulū alligādū i Jerusalē z tradēdū gētib⁹: actuū ca. 21. Paulus cesaree ptra Tartullū oratorē disputauit corā preside felice. actuū ca. 24.

Turris stationis

Josephus

Crocodrilli

Actuū cap. x.

Actuū cap. 21.

Actuū ca. 24.

¶ Descriptio Antipatride §. 4.

¶ A Cesarea duabus leucis cōtra Austrū: ē munitio Assur: que ab antipatre Herodis magni p genitore: antipatrida nuncupata est: de qua legimus in actibus Apostolorum: cap. 23. q̄ milites assumētes Paulū duxerūt p noctē i antipatridā.

Actuū cap. 23.

Descriptio Manatoth: nunc dictū. chato §: 5.

¶ Ex antipatrida quatuor leucis cōtra orientem est Manatoth: nunc autem chato nuncupatur.

fuit de tribu manasse i planicie sub mõte Effray situm: non longe a monte Saron: In hoc Sarraceni presidium militum disposuerunt contra castrum peregrinorum: Per chato est via in Sichē et Jerusalem: A chato quatuor leucis contra austrum: est mons Saron et opidum Sarona cuius mentio fit in actibus apostolorum.

Saron
Saro-na

Descriptio Beth §.6.

¶Ab assur siue dora: octo leuce sunt vsq; Jopē: de qua actū est supra A Jope quatuor leucis distat Beth: vna ex vrbibus philistijm: Ex ea vt legimus. 1. regū ca. 17. egressus est Goliath: quē Dauid lapide necauit in valle Terebinti: Fuit nō longe a mari sita: nunc quidē destructa est: et cōmutata in Exiguum Casale dictū Jbdin in colle situz: Hinc propie incipit regio philistijm.

Goliath
Philisteus
.1. regū ca. 17.

Descriptio qua describuntur mons Modin et sepulchra Machabeorum §.7.

¶Ex Beth duabus leucis ptra Austrū: est Bethsames de qua actū est supra A Bethsames sex leucis cōtra orientē in mōte Juda videtur mons modinin quo fuit Machabeoz ciuitas: ibi habitauit ex. 1. Machabeoz cap. 2. Mathatias pgenitor fortissimi Jude et fratrum eius Illic sepulti quiescunt Mathatias et quatuor filij eius qb⁹ Simon nobilissima monumenta dicauit Sic. n. legimus in. 1. Machabeorum cap. 13. Edificauit Simon super sepulchrum patris sui et fratrum edificium altum visu. Lapide polito retro et ante statuitq; septem Pyramides vnam cōtra vnaz patri et matri et quatuor fratribus et hys circum posuit columnas magnas: et super columnas arma in memoriam eternam: et iuxta arma naues

mons modin .1. Machabeorū c. 2. .1. Machabe. cap. 13.
Pyramides Machabeorum

sculptas

sculptas que viderenrur ad hominibus nauigantibus mare.

Descriptio Acharon §.8.

¶ Ex Betbsames quatuor leucis fere contra occidentem: non longe a mari est Acharon qnondã secũda vrbs philistijm ad quam deducta fuit archa domini a philisteis: sic enim legimus in .1. regum cap. quinto Miserunt ergo archam domini in Acharon: Destructa est ⁊ versa in exiguum Casale: quod ⁊ Acharon nuncupatur. .1. regũ cap. 5.

Descriptio Azoti §.9.

¶ Ab Acharon quatuor leucis contra austrũ est Azotus tercia vrbs philistijm ad quam deducta fuit archa Domini Sic enim scribitur in primo regum cap. 5. philistijm autẽ tulerũt archam domini: ⁊ asportauerunt eam a lapide adiutorij in Azotum: Fuit per leucam distans a mari: nũc est vile Casale sicut Acharon. .1. regũ capi. 5.

Descriptio maceda §.10.

¶ A Jope duabus leucis est lyda siue diospolis: de qua actum est supra ex lyda tribus leucis via que ducit Gabaon: est Maceda vrbs quã expugnauit Josue in cuius spelunca quinq; reges se absconderant. Nam sic legimus in libro Josue cap. x. Nunciatum est Josue ꝙ inuenti essent quinꝙ reges qui se absconderant in spelunca vrbis Maceda Qui precepit sociis voluite saxa ingentia ad os spelunce. Josue cap. x.

Descriptionis Ascalonis §.11.

¶ Ab Azoto. 4. leucis cõtra austrũ: est Ascalõ. 4. Philistijm ciuitas ⁊ p̃cipua in qua videtur fuisse principatus philistijm ex eo ꝙ legimus in Amos ꝓpheta ca. 1. vbi ꝓphetãs ꝯtra philisteoꝝ vrbes Amos cap. 1.

Inqt Disperdā habitatorē de Azoto: ⁊ tenētē sceptrū de Ascalone ⁊ pibūt reliq Philistinoꝝ: Usqꝫ hodie pmanet in littore maris sita: figurā habēs semicircularē: muuita valde: ex qua pendet nūc totum robur Sarracenorum.

¶ Descriptio Gaze §.12.

¶ Ab Ascalone quinqꝫ leucis contra austrum: est Gaza vrbs in maris littore sita iuxta viā que ducit in Egyptnm Nunc cōiter Gazara nuncupat.

Gaza Gazara

Descriptio Bersabee nunc Biblin §.13.

¶ Ex Gaza vsq Bersabee sunt quatuor leuce: nunc Biblin dicta: In hac multo tēpore Abraā ⁊ Isaac habitarunt vt legimus Gen̄. ca. 21 Quare vocat⁹ fuerit locus ille Bersabee: sic scribit eodem cap. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee quia vterqꝫ. s. Abraā ⁊ Abimelech: iurauerūt adinuicemqꝫ pro puteo iuramenti fuit aūt terminus iude ⁊ terre promissionis contra austrū Distat ab Ebron plusq̄ꝫ per dietā sicut ⁊ Gaza: Huius regioni, ptes: tribus Juda i sortē accepit: Sequitur vasta illa solitudo: que vsqꝫ ad finem Egypti extenditur in qua Hebreus populus longo tempore errauit de loco ad locum migrans Hec de terra sancta eiusqꝫ celebrioribus locis dcā sint.

Gene. cap. 21.

¶ Descriptio lōgitudinis ⁊ latitudinis Terre Sancte. ¶ Cap. 9. §. 1.

Octaua descriptio Terre Sante circa eius longitudinem latitudinēqꝫ versatur: Scias studiose lector longitudinem Terre sancte: incipere ab aquilone sub monte libano: vbi situatur Cesarea Philippi: que nunc velenas appellat: ꝓtēditurqꝫ ꝯtra austrū vsqꝫ Bersabee Juda ꝓpinq̄ deſto magno: Et hec lōgitudo i sacris lr̄is signat cum dicitur:

Cesarea philippi Velenas

cum dicitur: A Dan vsq; Bersabee congregatus est Israel primo Regum capi. 5. Nam vt supra descripsimus: Uelenas Dan z cesarea Philippi idem sunt: Longitudo tamen z latitudo totius terre quam decem tribus inhabitabant citra Jordanem: non apparet spacioſa multum. Quanta tamen fuerit meo iudicio vt potui eam inuestigare oculis contemplando: hic describam: Ad maiorem autem rei euidentiam: Josephum adducam: acceptatum in hoc fidum z prudentissimum descriptorem: Igit secundum Josephum sic accipe; cuiuscunq; decem tribuum sortem citra Jordanem. Primo Regum capi. 5. Josephus

Sors tribus Jude. §. 2.

¶ Tribus Jude: superiorem obtinuit regionē: longitudo extenditur ab Egypto vsq; Jerusalē: dicitur q; continere. 7. dietas: Eiusdem latitudo est a lacu aspalti quod est mare mortuum: vsq; ad mare magnum: idest mediterraneum contra occidentem: z est. 15. leucarum.

Sors tribus Simeonis. §. 3.

¶ Sors tribus Simeonis obuenit cū tribu Juda: ex ea parte que est iuxta Egyptum in monte Arabie: Sed illius partis miliaria nō adduco: quonjam intra Jude sortem continetur.

Sors tribus Beniamin. §. 4.

¶ Tribus Beniamin sortita est a Jordane vsq; ad mare magnum per longitudinem. 15. leucar: eius latitudo est ab Jerusalem vsq; Bethel: que non plene continet quatuor leucas.

Sors tribus Effraym. §. 5.

¶ Tribus Effraym: a Jordane vsq; Baderam q̄ est iuxta Jopen in longitudine cuius latitudo

extendit vsq; ad cápum magnũ Esdrelon siue magedo quod idem est vt supra descripsimus: vbi incipit Galilea: continetq; .12. leucas.

Sors tribus Manasse. §. 6.

Deutero. cap. 14

¶ Vt legimus i lib. Deuteronomij cap. 14. Media trib⁹ Manasse accepit sortẽ cũ tribu Ruben vltra Jordanẽ: ỗ qua nihil ad presens describo: quoniam nõ sufficienter cõsideraui vt infra dicturus sum: Altera media tribus Manasse cõtra Jordanẽ citra: sortita est ab ipso Jordanis flumine vsq; ad mare magnũ vbi situat Dora: cui⁹ longitudo est .15: leucaꝝ eius autem latitudo est vsq; Bethsan continens .7. leucas.

Sors tribus Jsachar. §. 7.

¶ Tribus Jsachar in sortem accepit Jordanem ⁊ carmelũ iuxta maceda que est longitudinis octo leucarum: cuius latitudo fuit a Bethsan vsq; ad montẽ Taburim cõtinens quinq; leucas Terra hec pinguissima fuit: ideo minus accepit: Vnde in eius benedictiõe Geneseos cap. 49. Dixit pater eius Jacob: Jsachar asinus fortis: Et sequitur: Vidit requiẽ q̃ esset bona: ⁊ terram q̃ esset optima: Eadem ratione ⁊ tribus Beniamin i possessione breuissima fuit pp terre sortite fertilitatem Acceperunt. n. Jerusalẽ ⁊ Jericho.

Gene. cap. 49

Sors tribus Zabulon. §. 8.

¶ Tribus Zabulon sortita est carmelum iuxta Ebaymoth: vsq; Benesareth: lõgitudinis nouẽ leucaꝝ: eius aũt latitudo fuit a mõte Tabor: per Vallem carmeleon cõtinens quinq; leucas: hec similiter pinguis ⁊ fertilis fuit valde.

Sors tribus Aser. §. 9.

¶ Tribus Aser totã terrã a carmelo iuxta mare

vsq; ad

vsq; ad Sidonē magnam: longitudinis. 20. leucar: cuius latitudo fuit a mari magno cōtra occidentē vsq; Naason cōtinens leucas nouē Terra hec pro maiori parte: montuosa erat: Ciuitas etiam Acte in eius parte sita fuerat: que nunc Aceps nuncupatur. Actec uitas Aceps

Sors tribus Neptalim. §. 10.

¶Tribus Neptalim accepit partes ad orientē conuersas vsq; Damascū totā Galileam superiorem: a mari Galilee vsq; ad montem Libani: fonteſq; Jordanis: lōgitudinis Jsus orientē p decē leucas: cui⁹ latitudo ptra Aquilonē fuit a mari Galilee vsq; ad libanū cōtinens qnq; leucas.

Sors tribus Dan. §. 11.

¶Tribus Dan: loca conuallis iuxta mare magnū: accepit a solis occasu: Ab austro accepit azotū: ab aquilone: dora determinata fuit: hec extitit eius lōgitudo Jn latitudine ār accepit Jamā z Beth z Acharon iuxta mare vsq; Bethoron ad orientē ad pedē mōtis: ex quo pēdebat tribus Jude: Partis huius milliaria non refero: qm ex tribu Jude z Beniamin z Effraym secus mare partes sumpsit: De Juda quidem habuit Azotum z Acharon z Beth: De Beniamin habuit Janiam z Chamatha vsq; Jopen: z Saron montē z cetera loca maritima vsq; Dozam. A

¶Juxta hāc descriptionē: tota terra sācta citra Jordanē: nusq; videt excedere spaciū. 26. leucarū in latitudine: q̄ est a Jordane vsq; ad mare magnū: hoc est ab orīēte in occidētē Jn longitudine vero: que sumit ab aquilone: in austrum extenditur a Dan que nunc Belenas siue Cesarea Philippi dicitur vsq; Bersabee dicta nunc Biblin: B Sūma lōgitudinis z latitudinis terre sācte

ꝛ non plene cõtinet.120.leucas: Ecce studiose lector descripsi tibi vere ꝛ fideliter secundum latitudinem ꝛ longitudinem: totam promissionis terram: decem tribubus distributam citra Jordanem: Terram autem duarum tribuum: scilicet Gad ꝛ Ruben: ꝛ dimidie tribus Manasse: ex certitudine non scribo: quoniam vltra Jordanem non multũ peregrinatus sum: ꝛ licet transierim: tamen facultas non affuit: diligenter notandi eam: Videtur tamen mihi longitudo eius que protenditur a capite maris Galilee septentrionali vsq; ad torrentem arnon vbi terminatur: cõtinere fere.27.leucas latitudinẽ aũt nõ vidi: ideo nichil de ea ad pñs: Suadeo mihi iã facto piculo: descriptionẽ hãc nostrã: vtillimã fore studẽtibꝰ legẽtibus exponẽtibꝰ ꝛ euãgelizãtibꝰ: sacram bibliã ꝓ libris hystorialibꝰ: locisq; celebriozibꝰ itel ligẽdis: Nec ẽ hesitãdũ i ea: testor.n.saluatorẽ ꝓme natũ ꝛ mortuum: ꝓ cuiꝰ amore ꝛ peccatoꝝ meoꝝ venia: tot annis peregrinatus sum: q̃ non nisi diligẽtissime iuestigata descripsi: Supest nũc vt õ Terre Sãcte fertilitate: ꝛ ritu ꝛ moribꝰ ꝛ cõditionibus habitãtiũ i ea i mediũ afferam. In calce ãt cõpẽdiose tradã totiꝰ Egypti descriptionẽ: i ea sigdẽ Jsrael longo tpe aduena ꝛ peregrinus fuit. Et hec erit scõa pars huius nri libelli.

C Utilitas ꝛ fides huius descriptionis

C Incipit pars secunda: eiusdem libri: De fertilitate Terre Sancte. Cap. primum.

S Deute. capi. 8.

ITur Terra Sancta fuit ꝛ est hodie egregia amena ꝛ fertilis super omnes vt visu impleatur quod dominus dixit Deuteronomij capi. 8. Dominus deus

deus tuus introducet te in terram bonam terram riuorum aquarum & fontium in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abissi: terra frumenti ordei ac vinearum i qua ficus & mala granata nascuntur terra olei & mellis vbi absq; vlla penuria comedes panem tuum & rerum omnium habundantia frueris: Nec credendum est quibusdam contrarium nunciantibus: neq; enim eam diligenter considerarunt: Quos oculis vidi: qua facilitate terra benedicta fructificat: frumentū vix terra exculta: sine stercore & fimo: mirabiliter crescit & multiplicat: Agri sunt velut horti: in quibus feniculū saluia ruta rosa passim crescunt: Ibi bombax affluit: Canamelle habundant ex quibus zacharū extrahunt: Sciaş tñ q; in terra sancta poma comunia & pira & cerasa & nuces raro reperiuntur: causam nescio aliā: nisi quia incole non consueuerūt serere similia: estimo. n. q; terra illa sicut ficubus: sic & pomis & nucibus iepta nō esset: Ex damasco fructus quidam defferuntur: qui adeo molles sunt vt diu seruari non possint: propter nimiā in arboribus decoctionē & terre caliditatem. Sunt in terra p̄missionis: cedri citri limones anarangi suauissimi & optimi odoris: qui per anni circulum continue seruantur in arboribus: Sunt & quedam poma citrina magna: ex quibus in Achon electuaria p̄ciosa valde conficiuntur: Sunt & fructus dicti poma paradisi penitus admirabiles: poma huiusmodi crescunt in modum botri vue & est botrus ille interdum magnus. vt Lophinus: ideſt sporta competens: habet grana aliquanddo centum aliquando plus: sicut

B
Bōbax
Cana
mele
zacha-
rum

C
Cedri
Citri
Limo
nes
Anarā
ei
Pom
parad
si q̄ m
randa

vua Grana illa aliquando sunt longa ad quantitatem sex digitorum: aliquando spherica ad quã titatem oui galine habentq; foliculum siue pellẽ sicut faba crocei coloris qua quidem pelle extracta: relinquitur granum mundum sicut amigdala excorticata: Est enim intus granũ illud albi coloris: aliquando vertitur ad croceitatem: Saporis est delicatissimi ꝛ dulcis: vt mel Grana intus semen penitus non habent: sed tota eorum substantia comestibilis est: fructus iste vix vno anno crescit ꝛ maturat: Arbor cito deficit: est enim eius periodus trium annorum ad plus: Deinde arescit: Qua arescẽte: alia ex radice prodire incipit: consimiles fructus producens: Arescente secunda procedit tertia ꝛ sic successiue: Arboris huius folia: longa sunt ad hominis staturam Adeo lata vt duo sufficiant totum hominem tegere. Uinee quidem multe sunt in terra sancta: sed ꝛ plures essent: nisi Sarraceni nunc tenẽtes dominij: vt qui ex lege sui stulti Mahumeth vinum nõ bibunt: nisi furtiue: destruerent eas: Sunt tamẽ aliqui Sarraceni Christianis propinquiores: qui vineas colunt ex lucro: vuas enim Christianis vendunt ꝛ vinum: Uinum terre sancte precioſuꝫ valde est ꝛ suaue precipue circa Bethleẽ in valle Raphaym ꝛ deinceps vsq; Meelescol vbi exploratores missi a Moyse acceperunt vitem cũ vuis: ꝛ detulerunt in castra vt scribitur in libro numeri cap. decimotertio Circa Sidonem ꝛ vltra: plõgitudinem Libani ꝛ in anterado ꝛ maragedo ꝛ mirabile quidem dictu est quod in anterado vidi: Illic enim eadem vitis ter in anno producit vuas ꝛ maturant omnes tempore suo:

D

Uinum precioſum terre ſancte

Eadem vtis ter in anno fructificat ꝛ maturat

Hoc quidem

Hoc quidem modo: Vinitores cum putāt vites: relinquunt tot palmites anni precedentis: quot extimant necessario: Deinde postq̄ palmites nouos incepit producere ⁊ botros paruulos: incidūt residuum de palmite quod est supra botros: ⁊ proiciūt. Et id fit in martio: In Aprili palmes incisus supra botros pullulat: ⁊ producit alium palmitem cum nouis botris: quo viso iterū preciditur de palmite: quicquid est supra botros: In mense Maij palmes iterū pullat ⁊ producit aliū cum nouis botris: ⁊ sic habentur tres ordines vuarum que maturant hac lege: Que pullulauerunt in martio vindemiātur in Augusto: Que in Aprili: vindemiātur in Septembri Que in Maio: vindemiantur in Octobri: Id autem non cōtingeret nisi palmites illo ordine inciderent: In terra sancta: a festo pēthecostes vsq̄ ad sanctum Martinum: vue mature inueniuntur ⁊ continue vendunt in foro. Ficus malagranata oleū mel pepones citrulli babilonici: melones ⁊ omniū genez legumina: ⁊ frumentum optimum: in Terra sancta vberrime colliguntur: Panē adeo sapidum ⁊ delicatum non comedi qualē in Jerusalē Sues siluestres: Lepores Lapreoli Dame Perdices Cothurnices: quantum ibi habundent pene est incredibile dictu: Leonū ibi ē multitudo ⁊ vrsorum: diuersorumq̄ generum fere: Cameli peue infinititi: Vidi Camelos pascentium gregem circa finem Libani iuxta Tripolim: in quo vt dixerunt indigene: tria milia ⁊ plus continebant: Vidi dromedarios plures: Vidi Unicornios ⁊ vt verba nō protrahā: illic extant oia mundi bona: ⁊ vere terra fluit riuis lactis ⁊ mellis Soli cul-

Panis in Jerusalez q̄ suauis

Tria millia Camelorum in vno grege

tores viles sunt ⁊ mali: ⁊ adeo sceleſti ac peccatores: vt mirum ſit quin terra degluciat eos vt Dathan ⁊ Abyron: Certe ingemiſcendum eſt: quoniam ſanctum datum eſt canibus: Tu ſalutem pater eterne: ne obliuiſcaris dilecte tue Jeruſalem in qua mundi ſalutem operatus es.

Peſſimi habitatores i terra ſãcta

¶ De diuerſis nationibus habitantibus in Terra Sancta: ⁊ earum moribus ac ritu: Et primo de Latinis. Cap. 2. §. 1.

Omnis natio: que ſub celo eſt: nunc habitat in Terra Sancta ⁊ quelibet viuit ſecundum religiom ⁊ ritum: prout elegerit: Inter nationes autẽ illic habitãtes: famoſiores ſunt iſte. ¶ Latini: Sarraceni: Syriani vel Syrichy: Greci: Armenij: Georgiani: Neſtoriani: Jameni: Nubiani: Caldei: Medi: Perre Ethiopes: Egyptij: Maronite: Madianite: qui nunc Biduini: Vhani: Parthi: Perſe: Jndi.

De Latinis. §. 1.

¶ Prio igit̃ de Latinis erit ſmo Dicã vez cozã Deo ⁊ vtiną nõ ſic ſe res hꝫet: Cõfũdor i natiõe ſua: qm̃ peior ẽ vita ⁊ moribꝰ: ceteris habitãtibꝰ: ⁊ rõnẽ mihi ꝓbabilẽ adducã: quã expiẽtia firmauit cũ illic eẽm: Cũ aligs i Alemania: Italia: Frãcia: Hiſpania: Datia: Polonia: Vngaria: Anglia: Et in alijs occidẽtis partibus malefactor extiterit: q ſm leges aut diuitijs aut vita priuari metur: vel peccatis ſuis ſacrum ſepulchrum viſitare ꝓponit: ſicut ſunt homicide fures agreſſores: doloſi proditores inceſtuoſi adulteri: voluptuoſi: Terram Sanctam petunt. Sed proh dolor: celum mutant non animum: qui trans mare tendũt: Jn Terra Sãcta moras ptrahẽtes que delicioſe

Peſſima vita latinor i Terra Sancta

que deliciosa nimis ē ocijs ⁊ gule ⁊ ludis vacāt: cōsumptis āt pecunijs: q̄s secū adduxerāt: cū crimina eoꝝ nō ferāt regressum in patriā: eos noua aqrere oportet: ⁊ qm̄ nullus honesti artificij magistri sunt: sed vt ociosi ex rapinis ⁊ bonis proximi: ventrē iplere cōsueuerunt: ad vomitū reuertentes cōmittunt peiora prioribus: Recipiūt hospicio peregrinos ex gente sua: transfretantes gr̄a visitandi sanctissima loca: qui sibi cauere nescientes: credunt eis se ⁊ sua: sed fraudant̄ ⁊ decipiunt̄: Maledicti isti ⁊ prophani: generant illic filios paternoꝝ criminum sectatores: ⁊ peiores: ⁊ ex hijs: nepotes pessimi generantur ⁊ corrumpuntur: ⁊ abhominabiles efficiuntur nimis: calcantes loca sancta pedibus pollutis ac vita detestabili: Inde prouenit ꝙ propter habitantiū peccata: apud Deum: terra ipsa cum loco sanctificationis veniat in contemptum: Deus mihi testis: quotiens mahumetani obiecerunt hāc christianoꝝ pessimam vitam: ⁊ ego tristis ac dolens tr[illegible]bam capite demisso: nō valens tegere neqꝫ excusare huiusmodi crimina.

De Sarracenis. §. 3.

¶ Sarraceni habitant in Terra Sancta: qui Mahumeth predicant ⁊ colunt legēqꝫ eius obseruant Dominum Jesum Christum maximum prophetarum asserunt: ⁊ ipsum ex virtute spiritus sācti conceptū: natūqꝫ de sacratissima ꝟgine cōfitent̄: filium Dei eē cōcedunt: passum tamen ⁊ mortuum negant: ideo passionis loca derident. Dicunt eum in celum ascendisse: cum tempus sibi placitum aduenit: ⁊ ad patris dexterā sedere: Mahumeth p̄dicant Dei nunciū: ad ipsos tātū

Quid sentiāt d̄ Christo

Quid d̄ Mahumeth

Sarraceni immundissimi

missum fuisse: ⁊ ad dei omnipotentis sinistrā sedere isti circa venerea imundissimi sunt: tot vxores sibi copulant quot nutrire possunt: Vicio cōtra naturā: vt peccatū nō estimant ideo inuerecunde exercēt illud: adeo q̄ loco lupanariū plerunq; in vrbibus cōstituunt effebias: Licet hȳs sordident sunt tñ hospitales multū ⁊ curiales ⁊ benefici: iusti ⁊ in promissis fideles obsequia multa ab eis accepi: ⁊ si vel parum seruiatur eis habundanter retribuunt inter eos nobiliores sunt ⁊ liberaliores qui turche nuncupantur.

Sarraceni benefici ⁊ fideles in pmissis

De Syrianis vel Syrichys. §. 4.

Syrriani viles ⁊ auari

¶ Syriani q ⁊ Syrichij appellant: totā terrā sanctā repleuerūt: Christianos se noiant: at latinis fidē nullā seruāt: Miserrime vescunt ⁊ vilibus induunt: Auaritissimi sunt: nullas dant elemosinas ditissimus iter eos: nō melius: nec magis de liciose viuit q̄ paup Inter sarracenos habitāt: vt in plurib⁹: officijs eoz funguntur: Et sunt terre procuratores Jn habitu cōformes sunt sarracenis ⁊ non nisi cingulo laneo discernuntur.

De Grecis. §. 5.

Grecorū plati monachi

¶ Greci Christiani illic sunt sed sismatici: nisi q̄ō pro magna pte in primo generali cōcilio sub Gregorio pontifice. x. ad Ecclesie Romane obedientiā reuersi sunt: q vtinā pseuerēt Arrogātes enim ⁊ nimis in oculis suis sapiētes apparēt isti sine dubio: erroribus multis dñr inuoluti: q̄ō tñ de oibus nō est vex. Apud grecos plati oēs sunt monachi: ⁊ multe abstinentie ac mirāde cōuersationis Admodū deuoti apparent: platos suos maxime venerant ⁊ colunt: Audiui ego grecoz patriarcham sic dicētē. Sub obediētia Romane

De patriarcha grecoz

Ecclesie

Ecclesie libentissime ꝛ manibus iunctis eē volumus eāq; reuereri ꝛ honorare: vex miramur satis q; cōpellimur nobis iferioribus vt Archiepiscopis ꝛ epis subesse: Quidā archiepiscopi volūt me patriarchā Cōstantinopolitanū: ꝛ Antiochenū patriarchā cōpellere ad offerēdū eis obedientiā manualē ꝛ osculādū pedes suos: ad qō nō credo me obligari cū tñ id libēter obseruarem erga Papam Christi vicarium.

De Nestorianis Jacobitis ꝛ Georgianis ꝛ maronitis. §. 6.

¶ Nestoriani Jacobite Georgiani ꝛ Maronite illic habitabant: ꝛ Christianos se asserūt Jsti ꝛ si a qbusdā hereticis denoiati fuerint: q forte eox fuerūt onces ꝛ eruditores: nunc tñ hereses illas nō sequūt: fui apud eos: scrutatus sum eox vitā ꝛ fidē: ꝛ i rei veritate prout cōprehēdere potui hoies deuoti ac simplices sunt valde: cōtinētes ieiunātes; vilibꝰ iduti: tāti exēpli: q; inter religiosos Ecclesie Romane si'ia nunq; expertus sum In quadragesima nec oleo nec piscibus vescūt: In diuino officio deuotissimi: audiētes maximo affectu dei verbū: Vidi ego in ramis palmax vespertina hora: multitudinē copiosaz: cū vexillis multis de ciuitate exeuntē ad audiēdū verbū dei illis in locis in qbus vix credit a nris latinis eē aliquos Christi cultores: Oēs pdicte nationes pluresq; alie: quas scribere longū esset: quax etiā noia me latent: sicut ab alijs plene eruditus fui: Archiepiscopos: Epos: Abbates aliosq; plātos habēt sicut ꝛ nos: eisdēq; noibus ꝛ titulis denominant excepto q; apud Nestorianos: plātus; primus q est loco pape: Jacelich nuncupat: cuius

Nestorianos excusat

Jacelich primus prelatꝰ Nestoriano;

iurisdictio in oriente latius extendi a nõnullis dicitur: q̃ tota occidentalis Ecclesia.

De Nubianis ⁊ Jamenis. §. 7.

¶ Nubiani ⁊ Jameni Terrã Sãctam ihabitãt Christianos se asserũt ⁊ fidẽ suscepisse ab apostolo Matheo: ⁊ ab eodẽ baptizati fuere maiores sui: q̃ p gñationes tradiderũt modũ baptizãdi in igne Dicũt. n. sanctũ Matheũ sic pies suos baptizasse: Et hũc modũ seruãt initẽtes auctoritati eiusdẽ apli: qui i euangelio suo cap. 3. sic ait. Ipse. s. Christus baptizabit vos i spiritu sancto ⁊ igne. Huic igit̃ dicto adherẽtes fm lr̃am ⁊ antique traditioni patrũ suor̃: cũ baptizãt: ferro ignito cruce faciũt i frõte vel facie: Hy in cerimonys deuotiones apparent inter orientales.

Baptizantes in igne Math. cap. 3.

De Madianitis qui ⁊ Biduini dicuntur: ⁊ Ubanis ⁊ Assisininis. §. 8.

¶ Sũt insup i Terra Sancta Madianite qui ⁊ Biduini nũc appellant dãtes tm̃ operã alendis pecudib⁹ ⁊ camelis: Isti certũ aut firmũ nõ habent domiciliũ: sed vbicũq̃ cõperiũt esse pascua opportuna: illuc se trãsferunt cũ tabernaculis ex pellibus camelor̃ cõfectis: ⁊ vxoribus ⁊ filijs ⁊ tota suppellectili consumptisq̃ pascuis i vno loco ad aliũ tendũt: ⁊ sic vagi habitãt in terrã: Tales cũ sint natura bellicosi: nõ vtuntur nisi arcu gladio ⁊ lancea: Vestibus nõ vtunt̃ nisi pelliceo sup camisiã lineã plixã ⁊ amplã: caput tm̃ pãno tegẽtes: vt mulieres citra marine: Ut in plurib⁹ habitãt circa Jordanis fluẽta: a libão vsq̃ ad desertũ Pharan. Ibi figdẽ extãt herbosi mõtes p capras ⁊ ouib⁹: ac virides cãpi p camelis ⁊ bobus: aquar̃ copia non mõ ex Jordane sed ⁊ ex

Arma Vestes

Oues magne

nitidissimis

nitidissimis fōtibus: In regionib⁹ illis oues ma
gne sūt: ⁊ p̄cipue ariete: hn̄tes caudas adeo latas
⁊ lōgas ꝙ quatuor hoibus sufficeret ad edēdū:
Nestoriani habitāt circa berithū: q nūc Baruthi
dicit. ⁊ circa Bibliū: nunc Gelbeth nūcupatū: in
mōtibus Libani ꝯtra Itureā regioue: Maronite
habitāt ꝯtra fontē hortoꝝ: q orit sub humiliori p
te Libani vt descripsimus supra: describētes Tri
poli: hij i magna sunt multitudine: diūrq; habere
quadraginta millia pugnatoꝝ: Circa Arachas
castrū post Tripolim habitāt Sarraceni cogno
mēto Uhani: vsq; ad castrū Catho: Illis federati
sunt ⁊ vniti Sarraceni cognomēto Assisini vsq;
vltra castrū Anteradū: iuxta castrū Maragd hitā
tes in montanis vrbes habēt ⁊ castella plurima
⁊ terrā admodū fertilē Dicūt ⁊ ipsi habere qua
draginta millia pugnatoꝝ Ducē habēt nō heredi
taria succesione: sed p̄rogatiua ⁊ excellētia meri
torum ac ꝓbate virtutis: quē nūcupāt senē de mō
tanis: nō ꝓ etate: sed ex ingenij maturitate: fama
est hos de Perside traxisse originē: Ego pedibus
meis ꝓ maiori pte circuiui terrā ipoꝝ Obediētes
sunt vsq; ad mortē: Ex mādato ducis quēlibet in
terficiūt Et i hoc beatitudinē se mereri dicunt ac
opināt: si anteq̄ obediētiā ipleāt occidant: Ante
annos numeꝝ quoꝝ nescio: curarūt ecclesie Ro
mane obedire: ⁊ i Orthodoxa fide erudiri: legatū
q; ꝓ hoc salutari uegocio i Achō destinarūt: Qui
oibus ad vota successis cū remearet: a qbusdā de
tēplo Xp̄ianis nr̄is isidiose perēptus ē añ regiōis
igressū sue i iacturā ⁊ scādalū toti⁹ ecclesie: Alij si
qdē aduertētes fidē ⁊ charitatē nō eē in Xpianis
pedē ab incepto retraxerunt: Terra ⁊ dominium

Berithum
Baruthi
Sarraceni
Uhani
Admiranda obediētia

eorum: A terra Christianorum lapidibus quibus dam discernitur: Christiani in lapidibus signum crucis insculpserunt: illi aũt signũ cubuli: Soldanus nullus hacten⁹ domare eos potuit: sed ipsi sibi leges ⁊ iura cõdũt: qbus vt lubet vtũt: formidabiles sũt oib⁹ circũstãtib⁹ ex nimia eoꝝ feritate.

A De. Armenis ⁊ alijs incidenter §.9.

¶ Scire te volo studiose lector pro rei veritate: ⁊ si non nulli oppositũ sentiant asserere volentes: que nec sciunt nec viderũt: ꝙ totus oriens vltramare: vsq; Indiã ⁊ Ethiopiam: nomen Jesu benedicti cõfitetur predicat ⁊ veneratur preter Sarracenos ⁊ Turchos habentes dominiũ in Arabia ⁊ in Egypto: qui Mahumeth obseruãt ⁊ colunt: Sicq; pro certo assero ⁊ testimonium de viso ꝑhibeo ⁊ ab alijs quibus note fuerũt regiones vltramarine: intellexi ꝙ pro vno Sarraceno vel Mahumetano: triginta inuenies Christianos Verum quia Christiani vltramarini vt Syri armeni Capadoces Caldei Medi Perse: natiõesq; relique orientales: bellicosi nõ sunt nec armis dediti: cum impugnantur a Sarracenis vel Tartaris: de facili subicijũtur eis: necesseq; est vt tributis pacẽ ⁊ quietã vitã emant: Sarraceni aũt vel alij qui eos deuicerunt: assumunt dominũ: Baliuos ⁊ exactores terris suis preponunt: ⁊ inde ꝓuenit vt tale vl' tale dominiũ dicat Sarracenoꝝ: cum tamen habitantes oẽs sint Christiani: preter solos Baliuos ꝑpositos ⁊ exactores aliquosq; de familia eorundẽ: Sicut oculis meis vidi in Cilicia ⁊ Armenia minori: Apud regẽ Cilicie ⁊ Armenie: qui nunc Tartaris tributa ꝑsoluunt: decẽ ebdomadis moras protraxi erantq; apud ipsos

Totus oriens Christũ ꝑdicat

B Auctor fuit apud regẽ armenie

Tartari

Tartari pauciſſimi: vt quinq; vel ſex qui vere eſſent Tartari: Reſidui omnes de curia Chriſtiani: numero circiter quingenti hos vidi confluere: miſſas audire: genua flectere: deuotiſſime orare: Quotiens & vbicunq; eis occurri cū ſocio meo vel in via vel in regia domo: nos maxime honorabant deuote ſe inclinantes ſalutātes: & nobis trāſeuntibus aſſurgentes: Armenioꝝ ſummus prelatus: Catholicos nūcupatur: fui apud eum die bus quatuo: decim. Sibi aſiſtebant archiepiſcopi epiſcopi: plures eſq; alij prelati: Erat in victu & veſtitu & conuerſatione tanti exempli: quod ſimile nō vidi nec in religioſo nec in ſeculari Et pro certo hec dico q̄ omnes veſtes quibus indutum vidi: nec excedebant precium vnius flozeni: cū tamen muuitiſſima caſtra: reddituſq; maximos habeat: ſitq; quaſi infinite rei familiaris diſpenſator Utebat pelliceo arietino groſſo cū manicis amplis: Sub eo erat tunica colozis griſei: iam antiquata Deſuper erat ſcapulare & palium: vtrunq; nigrū: non ſubtile quidem ſed aſpex velut Lilicium: Regem Armenie vidi cum omnibus optimatibus ſuis & cū ſuo primogenito: humillime ſe dentem & cū magna reuerentia ante pedes eiuſdem Catholicos: qui aure attēta & affectuoſe ex ore ipſius: dei verbū audiebāt: Ipſe cū omnibus prelatis ſuis & ceteris ſacerdotibus per totā quadrageſimam in pane & aqua abſtinēt: & Rex ſimiliter cum ceteris optimatibus ſuis excepto ſanctiſſime Anūciationis feſto: Et tunc me preſente: Catholicos cum rege diſpēſauit: vt piſces comederet ac vinum biberet: Eodē ſolempniſſimo die interfui eozum miſſe coram eodem Catholicos &

Catholicos & archiepiſcopi epiſcopi & alij prelati erāt in victu & veſtitu & conuerſatione tanti exempli quod ſimile nō vidi nec in religioſo nec in ſeculari

primus prelatus

Religioſitas regis Armenie

rege ⁊ regina: habētq; officium deuotūq; valde: Episcopi ⁊ sacerdotes cum celebrant: induuntur vestibus altaris: q̄ pene cōsimiles sunt nostris vt casula stola manipulo: camisio, ⁊ cingulo: atq; supcapitali In azimo cōficiunt ⁊ eisdē verbis sicut nos: easdē epistolas eadem euangelia: p̄fationes: Sāctus pater noster Agnus dei i missis decātāt sicut ⁊ nos i suo tñ idiomate: habēt. n. linguā vulgarē ꝓpriā ⁊ litteralē: Catholicos oēsq; eius prelati iferiores monachi sunt Soli. n. monachi in toto oriēte: ⁊ in quacūq; natione p̄lati esse possunt: Et certe in maximo honore ac reuerētia habent Sacerdotes seculares ⁊ clerici: nullius sūt auctoritatis nec estimationis apud laycos: Officiū nullū habēt: nisi qd̄ diuina celebrant Ad oēs horas cōuocāt populū cū tabula sicut nos in parascheue: nō. n. cāpanis vtūt: peracto signo i nocte ad matutinas: vadūt ꝑ vicos voce alta iuitātes populū: ad offm̄: post matutinas nō dormiūt sed i ecclesia sedētes: vsq; ad aurorā ppl'm docēt: clarescēte die: primā dñt: inde missā celebrāt: vel circa horā tertiam in die festiuo: Monachi in eorum idiomate vatrapete dicuntur Sacerdotes seculares vxorem ducūt: Neq; permittit aliquis sacerdotium assumere: qui vxorem non duxerit: A die lune vsq; ad diem veneris: etiam si sit precipuum festū: missā nō celebrāt: vt matrimonio licite vacare possint Sabbato vero ⁊ Dominica deuotissime celebrāt: Mortua sacerdotis vxore: Sacerdos continebit nec aliā ducet Si fornicatus fuerit vel adulteratus: offm̄ ⁊ Ecclesiā idispēsabiliter ꝑdet: nec cū ipso dispēsari poterit Si vxor eius adulterata fuerit: saceros similiter cōtinebit

Armenij celebrāt vt nos

D Presbiteri seculares

Monachi Vatrapete

aut officium

aut officiũ ⁊ Ecclesiã ꝑdet vt supra. Vxor vero adultera naso abscisso dehonestat: Si qs cũ ea cõbuerit ẽt vxoratus castrabit Idq; peractũ est me pñte: Mortuo sacerdote vxor cõtinebit. Si cõtraxerit igne cremabit. Si se vt meretrix ꝓstituerit: nil mali patiet hoc sepi⁹ accidit: nouũq; cõstitutũ est apud eos: Oẽs sacerdotes scdm Apostolũ: virginẽ ducũt vxorẽ: Discernunt a vulgo pãno albo: quẽ humeris ⁊ collo circũdãt: Fures minora furta cõmittẽtes: qbus nõ merent suspẽdi: alyq; malefactores cõmittẽtes minora crimina: castrant ne filios generẽt paternoꝝ criminũ imitatores: ⁊ hac de cã i terris illis plurime sunt meretrices vxores. n. taliũ cõtinere nollẽtes prostituunt se inuerecũde. Multi siqdẽ ibi sunt eunuchi: ac nobiliũ dominaꝝ famuli: Regina Armenie cũ essem apud eã pluresq̃. 60. habuit eunuchos: nec vllus ad eam ingreditur vir: nisi singulari regis licentia: qui ⁊ eunuchum nomine proprio assignat: vt ingredientem conducat ⁊ reducat: Idem seruatur circa nobiles mulieres vxoratas ⁊ viduas: Reges principes nobilesq; ardenti animo audiunt diuinos sermones: propterea singulis diebus hora diei tertia: Vatrapete regis aut alterius principis curiam adeunt: ad quos statim accedunt principes ⁊ domini cum filijs ac potentibus suis: afferturq; liber aliquis sacre biblie: legiturq; in vulgari suo: ⁊ a Vatrapetis textus exponitur Seculares quãdo dubia proponũt super huiusmodi: a Vatrapetes instruuntur ⁊ questiones: per sanctoꝝ expositiões soluũt. Interrogat⁹ a me Catholicos: quos ꝑcipue doctores sequãt: respõdit: Io annẽ

E

Pene furum

Lex imposita regine

Doctores qs sequũt Armenij

G Cerimonie i missis Armenioruz

Damascenũ: Joãnẽ Crisostomũ: Gregoriũ Nazãzenum: Cirillũ ⁊ Effren: Clerici ⁊ layci in Ecclesia deuoti admodũ nihil ibi operant̃: nisi orare legere: diuina celebrare vel audire: nũq̃ cõspicies i ecclesia: ridẽtẽ vel vagũ aut dissolutũ cuiuscũq; nationis existat: Cerimonialia misse deuotissima sunt apud eos: Calix ad sinistrã altaris i pariete i loco ornatissimo reponit̃: quẽ ad offerendũ: diaconus cũ pãno serico p̃ciosissimo reuerẽter leuat supra caput suũ p̃cedẽte subdiacono cũ turribulo ⁊ accolitis accẽsis cereis: ⁊ retrocedẽtes girant altare vsq; ad dexterã. Tũc ep̃us calicẽ paratũ suscipit: ⁊ offert i altaris medio sic̃ sacerdotes nr̃i: Infra canonẽ: post sacerdotẽ duo stant: accẽsos cereos tenẽtes: Juxta quos duo tenẽtes turribula: albis iduti. Diaconi duo stant i laterib⁹ altaris a dextris ⁊ a sinistris: cõplosis manibus deuote adorãtes versis vultib⁹ ad Xp̃i corp⁹: veluti duo Cherubin respiciẽtes v̄sis vultib⁹ i ꝓpitiatoriũ: Et cãtãt melodiã quãdã certe deuotã ⁊ dulcẽ: alternatim sibi iuicẽ respõdẽtes ⁊ id qdẽ deuotissimũ est audire ac videre: Plura alia i regionib⁹ illis vidi i laycis ⁊ monachis ⁊ clericis cõmendabilia q̃ vix i terra nr̃a fieri credũt̃: Trãsiui totã terrã illã vsq; capadociã ⁊ seleuciã maritimã Inde nauigaui cyprũ ⁊ veni Salaminã: ⁊ pambulaui ꝓ magna ꝑte regionẽ Inde nauigaui i Syriã ⁊ veni Tyrũ: ⁊ post dies aliquot inde nauigans ꝑ litus palestine siue philistijm: ꝑtransiui Caypha montẽ Carmelũ Dorã Cesareã palestine Antipatridã Jopen Jaminam Acharon Azotum Ascalonem Gazam desertum arenosum Deniq; perueni ad hostia Nili: ⁊ ibi incipiam descriptionem

nem compendiosam Egypti vt preposui.

¶ Compendiosa descriptio Egypti. Cap.3.

PRima urbs super hostia Nili sita: quã primo reperi: Pharma nuncupat fortis quidem ⁊ optime edificata: sed in ea habitator non est: serpentes namq; ⁊ horridi vermes possederunt eam: Ex Pharma vsq; Taphnim. 20. mediant leuce: hec est de qua ingt Ezechiel cap.30. Et in Taphnis nigrescet dies: cũ contriuero ibi sceptra Egypti: Hec é terra Jesse: quã habitarũt Jacob ⁊ filij eo q̃ eẽt ouũ pastores. Sic.n.impetrarũt a Pharaone: vt legimus Genesis cap. 47. Petimus vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Jesse: Ex Taphni: vsq; Memphim. 15. mediant leuce. In hac vigebant oracula ⁊ vaticinia. Inde processerunt Memphitici vates: Cõtra eam clamat Ezechiel capi.30. Et disperdam simulachra: ⁊ cessare faciã idola de Memphis. Scias autem ⁊ Taphnin ⁊ menphin antiquitus egregias fuisse nunc autem penitus defecerunt. Pauci biduini de quibus actum est supra in ruinis eius habitant propter pascua ⁊ vbertatem regionis. Sũt enim ⁊ ipsi pastores. Memphis nũc Damiata dicta est: ⁊ ipsa defecit quasi ex toto: Verum sarraceni construxerunt illic casale longum quidem sed immunitum ⁊ vile: vt naues locarent: merces colligerent: Fructibus frumento piscibus ⁊ reliquis ad victum pertinentibus habundant sicut in Taphni: In occidentali eius parte inter illud ⁊ damiatam antiquã: separatur riuus vnus Nili ex suo proprio

A Pharmam Taphnis Ezech. cap.30. Terra Jesse Gene. ca.47. Memphis Ezech. cap.30.

B Damiata

C alueo: ⁊ decurrit contra Aquilonem in Taph
nis inde per fretum quoddam baiera dictū vsq;
Prim⁹ Pharmam: ⁊ ibi mare ingredit ⁊ illic vnus est
portus portus Egypti versus Terram Sanctā. Riuus
Egypti vero Nili maior ad duas leucas ex Damiata in
Scdus trat mare ⁊ hic est: Egypti portus secūdus: Ter
portus tius vero portus est in Alexādria: vbi Nili pars
Terti⁹ mare igredit: qui locus distat a Pharma p. 230.
portus miliaria: ⁊ hec Egypti longitudo iuxta mare ex
Alexandria vsq; in Babiloniam sunt. 230. milia
ria: per fluuiū Nili ascendēdo ex Babilonia vsq;
Ethio- syenez: q̄ est pars vltima Egypti Cōtra austrū ⁊
pia nu- Ethiopiā: miliaria sunt. 240. hoc Ethiopia: nu-
bia bia ꝓprie dicit: tota ē Christiana: cui apostolus
Matheus p̄dicauit Hui⁹ Ethiopie regē captiuū
D vidi: Cū ascenderē ex damiata p Nilum fluuium
Abdela versus Babiloniā: veni in Abdela: inde Naso-
nasota tam: quo in loco Nilus partitur: tenditq; minor
riuus supra superius fretum iuxta Pharmam:
⁊ iungitur illi qui illic mare ingreditur vt dictū ē
Seme- supra: Inde iuxta villā optimā Sememach nū-
mach cupatā: separat iterꝫ alius riuus: ⁊ hic ē tertius:
tēditq; cōtra austrū: igrediēs mare: iuxta villam
Phitō phatures sed in nauigabilis est. Itē in ascendeu
do: anteq̄ deueniamus in Phiton ⁊ Ramasses
Ramas separatur riuus quartus tendens cōtra austrum
ses mare ingrediens iuxta villam Striuon nuncu-
Striuō patam: Inde ab ipso riuo vsq; Phitō ⁊ Ramas-
ses sunt quinq; leuce: Site sunt hinc inde super
E riuum ipsum: ⁊ admodū opulente: Inde ad. 30.
Delta miliaria locus est: Grece vocatus delta: illic si-
locus quidem Nilus diuiditur in diuersa fluens totā
Egyptum efficit insulam: ad instar littere delte
triangulam:

triangulam: Defluitq; riuus maior contra Alexā
driam alter autem in Damiatam vt dictuz est: Ec
ce habes quinque Nili riuos ex delta vsq; helio
polim tria sut miliaria ⁊ hinc recedit sext⁹ riuus
q tendit ꝯtra aqlonē vsq; ad vrbē plebis: que quō
dā Pelusiuz dicta fuerat Inde tendit per desertū
versus terram sanctam ac mare ingreditur ver-
sus vrbē Laris: a qua mare illud: larise Gulphus
nuncupatur: Inde sunt fere due diete vsq; Gazaz
⁊ Bersabee Riuus iste in scriptura sacra: ꝓprie
dicitur torrens Egypti; eratq; in ipso terminus
sortis Iude. vt legimus in libro Iosue ca. 15. Di
citur autē Binocorula: a quibusdā vero Syor. ⁊
est innauigabilis Helyopolis ē opulēta ⁊ diues:
sed immunita: oēs enim ville in Egypto immuni
te sunt sola Alexādria ⁊ Babilouia: fortes ⁊ mu
nite sunt Helypolis oibus mūdi delicijs habun-
dans est Cassia fistula in magua quantitate ibidē
crescit: Inde ad sex leucas est Babilonia admo
dum grandis: optime munita sita super Nilum
in littore eius aquilonari Transit tamen riuus
vuns nili per medium eius ⁊ per Kayrum: re-
uertiturq; ad riuum principalem in Kayro: Ex
Babilonia ad quinq; leucas: sunt Pyramides
triangule sublimes que credunt fuisse horrea Jo
seph: ⁊ iuxta illas ruine sunt ciuitatis Thebee ad
duas leucas: ex hac fuit Thebeoꝝ legio cui⁹ Pri
micerius fuit martyr Xp̄i Mauricius: Thebis
adiacet Monachoꝝ multitudo: Supra Babilo
niā: Nilus habet tm̄ riuum vnuz vsq; Syenē per
miliaria. 230. Et inde vsq; Meroen sunt stadia
octingenta Syene sub tropico estiuo sita est: De
hac loquitur Ezechiel capitu. 29. Dabo terram

Helyopolis
Pelusium
F
Lacis
Guiphus lacise
Josue cap. 15.
Babilonia
G
Kayrū
Pyramides
Horrea Joseph
Thebe
Syene
Meroe

Ezechiel ca.29.

Egypti in solitudine: gladio dissipatam a turre Syene vsq; ad terminos Ethiopie: A Syene sumitur vmbra in primo gradu Lācri 2 Meroe tunc proȝcit vmbrā cōtra austrum: Ortus Nili inuestigari non potest vltra montes nubie p quos descendit: nec vltra est locus meabilis referentibus mihi nubianis: Terra Egypti: fere inaccessibilis est: Ab occidēte. n. habet mare magnū 7 sic nō est accessus nisi nauibus Cōtra africum est desertū Lybie quod in lōgitudine 7 latitudine di etas plures cōtinet Ab Austro est desertuȝ Ethiopie p.15. dietas 7 plus vsq; nubiā ab oriēte est desertū Thebaydos vsq; ad mare rubrū p tres dietas vsq; ad locū Bethonice dictū: 7 est Egypti portus in littore maris rubri pro nauigantibus versus Indiā Cōtra Vulturnū septētrionem est desertum magnum vsq; ad Terram Sanctam in quo filij Israel post egressum ex Egypto. 40. annis commorati sunt Et dixerunt mihi Sarraceni 7 Christiani existentes in Egypto: q amplius q̄ȝ .ccc. millia Christianoȝ sunt in Egypto: 7 ecclesie 7 claustra multa In Babilōia 7 Kayro sunt ecclesie. 40. 7 plures quas etiam orationis causa ingressus sum: Est Egyptus populosa valde: Sarraceni tamē dominiū obtiēnt: sed plurimum timent Biduinos de q̄bus actum est supra: Turci vero siue Turchomani: superiores sunt: eo q̄ Soldani diebus multis fuerūt ex gente illa Egyptus fere est triangula: duobus lateribus equalibus: 7 vno breuiori In tribus angulis huius triā guli situantur vrbes infrascripte: Caris Babilonia Alexandria: Voluit aūt Egyptus in Syro: ex Caris per Babiloniam vsq; in Alexādriā. 950. miliaria

Nili Terra Egypti inaccessibilis

Egyptus est triangula

Magnitudo Egypti

miliaria Ex Babilonia vero vsq; Syenē ⁊ inde vsq; meroē ⁊ si longitudo sit magna latitudo tamen fere nihil est. Est enim ascensus per Milū habens hinc inde altissimos montes. Regio illa est penitus derelicta preterq; sup fluminis ripas Egyptus optime est habitationis: aer salubris: cibi conuenientes ⁊ temperatior est Syria ac Palestina: ⁊ tamen ex locorum situ deberet oppositum iudicari.

De horto balsami in Egypto. ¶ Cap. 4.

INter Delyopolim ⁊ Babiloniā medio fere loco ē Balsami hort⁹ de quo actū ē supra lōgitudinis iactu duoꝝ arcuū: Latitudinis autem iactu lapidis habēs terram fere albam: In festo sancti Michaelis cū illuc peruenissem balsami: lignum: satis humile existebat. s. palme ⁊ dimidie in altitudine: habens folia paruula ut ruta: sed parū albiora: ⁊ de ligno mecū detuli: Modū colligendi Balsamū cultores sic mihi ostenderunt: Discerpebant folium vnum ex stipite Adherentē .n. stipitē habet Discerpentes aūt foliū ex stipite contra solē: statim gutta lucidissima ⁊ odorifera ex ruptura egredit: Et hic est Balsami liquor qui in vitreis phialis cōgregat Quod si foliū discerperet alibi q̄; contra Solē: liquor nō flueret. Rigat hortus ille ex paruulo fonte sed vbere i quo fama est: Beatā Virginē Jesum paruulū pluries lauisse: pāniculosq; eiusdē mūdasse cū esset i Egypto pp metū Herodis Est ⁊ ibidē lapis: sup quē dicitur eosdē exiccāsse: ⁊ hec oia venerant a Xp̄ianis ⁊ Sarracenis Vex ga fons Jesu parnulus est: nō sufficiēs irrigationi totius horti Sarraceni, alium profundum foderunt iuxta illuz: ex quo

A

Lignū balsami folia Mod⁹ colligēdi

B

Fonte Jesu rigat ort⁹ Balsami

quatuor boues per rotam aquam extrahunt: sperantes ex vicinitate fontis Jesu aquam alterius fontis fore virtuosam At se deceptos aduertentes construxerunt canale: per quod transmittunt aquam illam in fontem Jesu vt sic ex eis mixtis fecūdaretur hortus: Nec eos fefellit opinio Nūc enim sufficienter ⁊ virtuose fecūdatur ex aquis sic mixtis Est preterea aliud mirabile illic: ⁊ attestans Christiane fidei: A meridie sabbati vsq; ad ortum Solis diei lune: boues cessant aquam extrahere: ⁊ si verberentur acriter: etiam si in frustra inciderentur: non laborarent: Id oculis meis vidi. cum tamen non deficeret sufficiens testimonium Christianorum In hoc fonte Jesu benedicti Laui corpus meum Sarraceni pariter se lauāt ⁊ Christiani: Sarraceni quendā teterrimū fetorē habent a quo non possunt mundari nisi baptizētur ⁊ pcipue in fonte illo Unde pueros suos ac seipsos baptizant non vt sacramenti virtutez consequantur: sed vt fetorem abolere valeant.

¶ Miraculum

¶ Miraculum omnino stupendum de reliquiis diui Babtiste. Cap. 5.

Sarraceni baptizant sc ⁊ filios

IN Babilonia est monasterium sub titulo diui Babtiste in quo seruantur: r eliquie quedā eiusdē Baptiste, in capsula honorifice Cōsuetudo est in eiusdē festo nō modo Christianis sed ⁊ Sarracenis qui diuū Joannem plurimum venerantur monasterium frequentare: Assumunt igitur cum Christianis capsulam illam: ac deponunt in naui: transportantes per Nilum ad monasterium aliud: sub titulo eiusdem sancti cōstructum Descendūt aūt p Nilum quinq; leucis: Postq; vero missa decantata fuerit, ponunt capsulam

Sarraceni honorant diuum Baptistam